culus quidam diuidēs spheram in duo equalia: secundū quālibet sui partē equidistās ab vtroq; polo. Et dicitur equinoctialis: quoniā quando sol transit per illū (quod est bis in āno: in principio arietis scilz et in principio libre) est equinoctiū in vniuersa terra. Unde etiā appellatur equator diei et noctis: quia adequat diem artificialem nocti. Et dicitur cingulus primi motus. ¶ Unde sciendū q̄ primus motus dicitur motus primi mobilis: hoc est none sphere siue celi vltimi: qui est ab oriēte per occidentē rediēs iterū in orientē: qui etiam dicitur motus rationalis: ad similitudinē motus rationis qui est in microcosmo: id est in homine. scilicet quando fit cōsideratio a creatore p̄ creaturas in creatorē ibi sistendo. ¶ Secūdus motus firmamenti et planetarū cōtrarius huic est ab occidente per orientē iterū rediens in occidentē: qui motus dicitur irrationalis siue sensualis ad similitudinē motus microcosmi: qui est a corruptibilibus ad creatorē: iterū rediens ad corruptibilia. Dicitur ergo cingulus primi motus: quia cingit siue diuidit primū mobile scilicet spheram nonā in duo equalia: eque distans a polis mundi. Unde notandū q̄ polus mundi qui nobis semp̄ apparet dicitur polus septētrionalis arcticus vel borealis. septētrionalis dicit̄ a septētrione: hoc est minori vrsa qui dicit̄ a septem et trion quod est bos: quia septē stelle que sunt in vrsa tarde mouentur ad modum bouis: cum sint propinque polo Vel dicuntur ille septē stelle septētriones quasi septem teriones: eo q̄ terūt partes circa polū. Arcticus quidē dicitur ab arctos quod est maior vrsa. est enim iuxta maiorem vrsam. Borealis vero dicitur: quia est in illa parte/ a qua venit boreas. Polus vero oppositus dicit̄ antarcticus quasi cōtra arcticū positus. dicit̄ ⁊ meridionalis: quia ex parte meridiei est. dicit̄ etiā australis: quia est in illa parte a qua venit auster. ¶ Ista igitur duo pūcta ī firmamēto stabilia: dicunt̄ poli mūdi: quia sphere axē termināt: et ad illos voluitur mundus. quor̄ vnus semp̄ nobis apparet reliquus vero semper occultatur. vnde Virgilius in primo Georgicor̄. Hic vertex nobis semper sublimis: at illū Sub pedibus stix atra videt/ manesq; profūdi.

1 ¶ Maior circulus in sphera: is est qui ī cōuexa supficie sphere descriptus: sphērā ī duo equa diuidit. Et sunt sex: Equator/ zodiacus/ Colurus equinoctior/ Colurus solsticior/ Meridian⁹/ et Horizon. ¶ Circul⁹ minor in sphera: is est q̄ in supficie sphere descriptus: minime sphērā in duo equa diuidit Et sunt quattuor: Circulus arcticus/ Circulus cancri/ Circul⁹ capricorni/ et Circulus antarcticus. Quo fit vt summatim decē sint circuli: quor̄ presens suscipitur determinatio. Et primū auctor determinationem equatoris exequitur: cuius determinationis littera clara est.

2 ¶ Magi p̄cipua pūcta in celo quattuor determināt: pūctū oriētis/ pūctū medie diei/ pūctum occidētis/ ⁊ pūctū medie noctis. Punct⁹ oriētis: dei est. Meridiei: itelligētiar̄: Occidētis caducor̄. Medie noctis: malarū potestatū. Suntq; vt lux/ lumē/ vmbra/ tenebre. quapropter motu qui ab oriente incipiens in eundē relabit ⁊ finit diuine intelligētie contēplationis mot⁹ explicat̄: qui a deo inceptus in deum recurrrēs feliciter desinit: et mot⁹ inferior: nostre infirmitatis motū insinuat: quo ex sensibilib⁹ ad optimū nature parentē assurgimus: a quo iterū relabimur ad caduca: a quib⁹ rursū ad diuine cōtemplationis officiū erigimur: vt ex ijs que visibilia facta sūt: inuisibilia dei comprehēsa cernamus. Ibi tamē quorū contēplationis modus supra rationē ascēdit: et quib⁹ sors cognoscēdi felicissima obtigit: gaudēt potius intelligibili modo ex deo oīa cōtēplari: ⁊ in ideam cognitā reducere oīa: et quasi in p̄mo cognitiōis circulo agitari: q̄ rationis motu/ inferior̄q; cognoscēdi circulor̄: ex tenebris: lucē mendicare. et magi per hec quattuor pūcta: magna/ arcanaq; portendunt. Sed de his hactenus.

3 ¶ At de primo motu quo oēs sphere inferiores intra diem et noctē circa terrā raptant̄: et de motib⁹ proprijs inferior̄ contraq; mētiū sphērarū: in secō capite primi libri p̄ sem̄i introductione dictum est sufficiēter. Illū tamen p̄prium motum facile experimur in luna: que omnium ocyssime zodiacum illo motu percurrit. quā si notamus in coitu cū sole: et eā postero die inuenemur: videbimus eandē ex parte oriētis (modo videri possit reliquisse solē: et altera nocte magis oriētem versus elapsam: donec ad solis oppositum plena face illustrata pertigerit: ad quam iterū suum absoluendo circulū retro properare festinat: quousq; eidē iūgatur. Et hoc pacto de sole annotauerit: si aliquam stellarum fixarum in via solis ex parte orientis annotes/ que tardo admodum motu comparata ad solem mouetur/ quā tandem proprio motu sol assecutus/ tuis obtutibus subtrahet. mox orientem versus elapsus eam ad occidentem relinquet. et hunc in modum longis temporibus de quinq; planetarum proprijs sueq; nature accōmodis motibus/ experientia te redderet edoctum.

4 ¶ Q; autem polus noster boreus dicatur a vento/ septentrionalis a septem stellis plaustri que sunt minoris vrse/ que et Cynosura dicitur/ et que est vna quadraginta octo imaginum celestium/ et arcticus ab arcto maiore vrsa/ que Calisto et Elyce nominatur/ vna itidem celestium imaginum/ clarius est q̄ quod commentationis lucem requirat. et hunc in modum de appellationibus alterius poli qui cum illis etiam noticus et austronoticus dicitur.

Octo et quadraginta imaginum celestium nomina sunt hec

Draco
Elyce/Ursa maior
Cynosura/Ursa minor
Bootes/Arctophilax/Arcturus
Corona
Anguis
Engonasis/Genu nixus
Lyra/Fidicula
Cygnus/Olor
Circulus/Junonius
Cepheus
Cassiopeia
Andromeda
Perseus
Caput medusę
Heniochus/Erichthonius/Auriga
Anguis ophiuchi
Ophiuchus/Anguifer
Sagitta
Aquila
Delphyn
Pegasus/Equus alatus
Deltoton Triangulus
Aries
Taurus
Gemini
Cancer/Carcinos
Leo
Virgo/Erigone
Libra/Chele
Scorpius/Nepa
Sagittarius/Chiron
Capricornus/Egoceros
Aquarius
Pisces
Cetus/Pistrix
Eridanus
Lepus
Orion/Jugule
Canicula/Cyrius/Canis maior
Procyon/Canis minor
Argo/Navis
Phillirides/Chiron
Ara
Hydra
Crater
Corvus
Piscis notius

De zodiaco circulo. Cap. secundum.

Quid zodiacus.

¶ Est alius circulus in sphera qui intersecat eqnoctialem et intersecat ab eodē in duas partes equales: et vna eius medietas declinat versus septētrionē: alia vero vsus austrum: Et dicitur iste circulus zodiacus a zoe quod est vita: quia fm motū planetarū sub illo est omis vita in rebus inferioribus. Vel dicit a zodion quod est animal: quia cū diuidat ī 12 partes equales: quelibet pars appellat signū: et nomē habet speciale a nomine alicuius animalis: propter proprietatē aliquā conuenientē tam ipsi quam animali. Vel propter dispositionē stellarum fixarū in illis partibus ad modum huiusmodi animaliū. ¶ Iste vero circulus latine dicitur signifer: quia fert signa/ vel quia diuiditur in ea. Ab Aristotele vero ī libro de generatione et corruptione dicitur circulus obliquus: vbi dicit q̄ secundum accessum et recessum solis in circulo obliquo fiunt generationes et corruptiones in rebus inferioribus. Nomina autē signorū/ordinatio et numerus in his patēt versibus. Sūt aries/taurus/gemini/cācer/leo/virgo/libraq̄ scorpius/architenens/caper/amphora/pisces. ¶ Quodlibet autē signū diuidit in 30. gradus. Unde patet quod in toto zodiaco sunt 360 gradus. Secundū autē astronomos iterū q̄libet gradus diuidit in 60 minuta: quodlibet minutū in 60 secūda: quodlibet secūdū in 60 tertia et sic deinceps vsq̄ ad 10. Et sicut diuiditur zodiacus ab astronomo: ita et q̄libet circulus ī sphera/ siue maior/ siue minor in partes cōsimiles. Cū oīs etiā circulus in sphera preter zodiacū intelligatur sicut linea vel circunferentia: solus zodiacus intelligitur vt superficies habens in latitudine sua 12 gradus: de cuiusmodi gradibus iam locuti sumus. Unde patet q̄ quidam mentiunt in astrologia dicētes signa esse quadrata: nisi abutentes nomine idem appellant quadratū et quadrangulū. Signum enī habet 30 gradus in longitudine: 12 vero in latitudine. Linea autē diuidens zodiacum in circuitu ita q̄ ex vna parte sui relinquat sex gradus: et ex alia parte alios sex: dicitur linea eclyptica: quoniā quando sol et luna sunt linealiter sub illa: contingit eclypsis solis aut lune. Solis. vt si fiat nouilunū: et luna interponat recte inter aspectus nostros et corpus solare. Lune. vt in plenilunio: quando sol lune opponitur diametraliter. Unde eclypsis lune nichil aliud est q̄z iterpositio terre inter corpus solis et lune. Sol quidē semper decurrit sub eclyptica: omnes vero alij planete declināt vel versus septētrionē/ vel vsus austrū: quādoq̄z aūt sūt sub eclyptica. Pars vero zodiaci que declinat ab eqnoctiali vsus septētrionē: dicitur septētrionalis/ vel arctica Et illa sex signa q̄ sunt a principio arietis vsq̄z in finē virginis: dicunt signa septētriōalia. Alia pars zodiaci q̄ declinat ab eqnoctiali vsus meridiē: dicit meridionalis/ vl' australis/ vl' antarctica. Et sex signa q̄ sunt a principio libre vsq̄z ī finē piscīū: dicunt meridionalia/ vl' australia. ¶ Cū aūt dr q̄ ī arietē est sol/ vel ī alio signo: sciēdū est

Signa zodiaci.

Linea eclyptica.

q̃ hec prepositio in: sumit̃ pro sub fm q̃ nũc accipim⁹ signũ. In alia autẽ significatione dicit̃ signũ pyramis quadrilatera: cui⁹ basis est illa superficies quam appellamus signũ vertex vero eius est in cẽtro terre. Et scõm hoc ꝓprie loquẽdo possum⁹ dicere planetas esse in signis. Tertio modo dicit̃ signũ: vt intelligãt̃ sex circuli. trãscũtes sup polos zodiaci: et per principia duodecim signoꝝ. Illi sex circuli diuidũt totã supficiẽ sphere in duodecim partes latas in medio: arctiores vero iuxta polos zodiaci: et q̃libet pars talis dicit̃ signũ: et nomẽ habet specialeꝝ nomine illius signi quod intercipit̃ inter suas duas lineas. Et scõm hãc acceptionẽ stelle q̃ sũt iuxta polos: dicunt̃ esse in signis. Itẽ intelligat̃ corpus quoddã: cuius basis sit signũ scõm q̃ nũc vltimo accepimus signũ: acumẽ vero eius sit super axẽ zodiaci. Tale igitur corpus in quarta significatione dicitur signum secundum quam acceptionem totus mundus diuiditur in 12 partes equales que dicuntur signa et sic quicquid est in mundo: est in aliquo signo.

6 ¶ Zodiacũ diffinit q̃ sit circul⁹ maior: equatorẽ in duobus pũctis: q̃ sunt principia arietis et libre diuisẽs: cuius vna medietatũ ad septẽtrionẽ: altera vero ad austrũ declinat: et pars ea q̃ ad septẽtrionẽ declinat arctica dicit̃ et septẽtrionalis: sex signa arietẽ: taurũ: geminos: cancrũ: leonẽ et virginẽ cõtinens: que et septemtrionalia dicunt̃: pars autẽ ad austrũ declinãs australis nominat̃: sex identidẽ signa australia: libram: scorpium: sagittarium: capricornum: aquarum et pisces itidem continens. Et intelligitur zodiacus latitudinem duodecim graduũ habere: que est latitudinis totius celi ambitus tricesima pars. Intelligitur item in media latitudie zodiaci linea eam latitudinem in duo equa partiens: vltro citroq̃ sex latitudinis gradus relinquens: que dicitur eclyptica.

¶ Est ergo eclyptica circul⁹ maior: latitudinẽ zodiaci ĩ duo eq̃ partẽs: q̃ideo eclyptice nomẽ sortit̃: q̃ nũq̃ eclipsis hoc est solis luncue deliquiũ ꝓtigat: nisi eoꝝ vterq̃ sub eadẽ linea ĩ eodẽ: aut oppositꝰ gradib⁹ decurrat: in eodẽ q̃dẽ si solare futuꝝ sit deliquiũ: in oppositis ꝯo si lune: et sol semp sub ea linea medi⁹ incedit: neq̃ vsq̃ vltro citroq̃ deflectit̃ deuiatq̃: ceteri aũt planetaꝝ: nũc sub ea: nũc citra nũc vltra exspaciati vagant̃: q̃ si in ea latitudis medietate q̃ ad arctũ relinquit̃ vagi ferunt̃: latitudinẽ tũ dicũt̃ habere septẽtrionalẽ. sin ĩ alẽa: latitudinẽ declinationẽq̃ tũ hãt̃ meridionalẽ: Et circul⁹ oĩs in duodecĩ equas ptes secat̃ q̃ signa nominãt̃: ꝛ signũ q̃libet rursũ intrigita grad⁹: quo fit vt circul⁹ quisq̃ 360 gradus cõtinere dinoscat̃: duodecĩ siquidẽ in triginta ductis numer⁹ 360 ꝓtinus enascit̃.

8 ¶ Et signa ĩ zodiaco pecularia nomina sibi sortiunt̃ atq̃ vẽdicãt̃ sũtq̃ Aries/ Taur⁹/ Gemini/ Cãcer/ Leo/ Virgo/ Libra Scorpi⁹/ Sagittarius/ Capricorn⁹/ Aquarius/ Pisces. in ceteris autem circulis nomina nulla sunt sortita: sed dũtaxat signa nũcupant̃. cetere autẽ fractiones ex fronte libri note sunt. Hoc emendat eos q̃ dicebant signa zodiaci esse quadrata cum quadratũ sit superficies quattuor equalium laterum: atq̃ angulorũ: modo latus vnum signi zodiaci est duodecim graduũ et alterum triginta quod quidem maius altero esse cognoscitur nam alterius duplum sesqualterum.

9 ¶ Hoc declarat q̃d tali ꝯmone sol est in ariete aut tauro aut sil̃ib⁹ ĩtelligere debeam⁹: cũ sol ĩ q̃rto celo ferat̃ et aries octaui circuli sit ĩ octauo circulo: ꝛ p̃mi mobil̃i prio. vtriusq̃ enĩ et octaui et p̃mi circuli mobilis ꝓpri⁹ ponit̃ zodiac⁹: dicit prio q̃ eo sermone intẽdum⁹ solẽ esse sub ariete aut sub tauro et ita quoq̃ de similib⁹ et capi in pro sub: et signũ in ea significatione in qua paulo ante finitum est

10 ¶ Sed alias tres ponit̃ significationes signi: q̃ min⁹ astronomico proposito cõducunt. Prima est vt signũ dicat̃ euersa pyramis cui⁹ basis sit signũ proprie sumptũ: sed vertex pyramidis q̃ conus in centro terre intelligat̃: est enĩ pyramis figura solida a cuius vna superficie latera ad vnũ pũctũ erecta concurrũt: et ea supficies aqua erigunt̃ latera pyramidis basis nuncupat̃: et pũct⁹ ad quẽ cõcurrũt pyramidis vertex atq̃ conus: et hoc pacto vtẽdo nomine signi: quicquid sub signifero circulo cõtinẽ potest dici (vt pars) esse in signo. Secũda est vt signũ accipiat̃ pro duodecima parte sphere: ita vt sphera intelligat̃ diuidip̃ circulos se in polis eclyptice intersecãtes. quorum prim⁹ per principia arietis et libre: et secũd⁹ per eorũ fines ꝛ p̃ncipia tauri ꝛ scorpij trãseat: et tertius per fines tauri et scorpij et per p̃ncipia geminorũ et sagittarij trãseat: et hũc in modũ cõsequẽter: ꝛ ps celi duodecima iter proximos circulos arietem mediũ: intercipiẽtes signũ arietis nũcupat̃ et hoc pacto de tauro/ geminis/ cancro et reliquis. Tertia est vt signũ p̃ mũdi vncia. i. duodecima parte accipiatur: ita scꝛ vt intelligam⁹ totam corporeã machinã in duodecim equas ptes diuisã p̃ supficies circuloꝝ sese ĩ polis eclyptice (vt modo dictũ est) secãtiũ quorũ primi quiq̃ bini et bini in latitudine media signa opposita intercludãt vt prim⁹ et secundus ex vna parte in medio claudãt arietẽ: ꝛ ex altera libra: et secundus et tertius taurũ et scorpium: tertius et quartus geminos et sagittariũ quartus et quintus cancrũ ꝛ capricornũ: quintus et sextus leonem et aquarium: sextus et primus virginẽ et pisces. Quo fit vt sex circuli tota corporeorum machina in duodecim equas portiones: rite hoc pacto intelligeretur diuisa et quicq̃d est in vniuerso posse dici hoc pacto (vt pars) esse in signo. sed he tres supreme signi significationes (vt iam dictum est) parum ad astronomiam momenti afferunt: prima autem magis accommoda est: idcirco de his abũdantius q̃ par sit forte dictum esse videbitur.



¶ De duobus coluris. Cap. tertium.

¶ Sunt autē alij duo circuli maiores i sphera q̄ dicūtur coluri: quorū officiū est distinguere solsticia ⁊ eq̄noctia. Dicit autē colurus a colon grece quod est membrū: ⁊ vros quod est bos siluester. quia quēadmodū cauda bouis siluestris erecta q̄ est eius mēbrū facit semicirculū et nō perfectū: ita colurus semp apparet nobis ipfect⁹: quoniā solum vna eius medietas apparet: alia vero nobis occultat. Colur⁹ igitur distinguēs solsticia trāsit p polos mūdi: per polos zodiaci ⁊ maximas solis declinationes. hoc est per primos gradus cācri et capricorni. Unde primus punct⁹ cācri vbi colurus iste intersecat zodiacū dicit punct⁹ solsticij estiualis: quia quādo sol est i eo/ est solsticiū estiuale: et nō potest sol magis accedere ad zenith capitis nostri. Est autē zenith punct⁹ in firmamento directe supapositus capitibus nostris. Arcus vero coluri q̄ intercipitur inter pūctū solsticii estiualem et equinoctialē: appellatur maxima solis declinatio: et est scōm ptolomeū 23 graduum ⁊ 51 minutorū ꝓm almeonem vero 23 graduū et 33 minutorū. Simliter prim⁹ punctus capricorni vbi idē colurus ex alia parte intersecat zodiacū dicit punct⁹ solsticij hyemalis: et arc⁹ coluri intercept⁹ inter punctū illum et equinoctialē: dicit alia maxima solis declinatio et est equalis prior. Alter quidē colurus trāsit p polos mūdi: et per prima pūcta arietis et libre: vbi duo sūt eq̄noctia: vnde appellat colurus distinguēs equinoctia. Isti autē duo coluri intersecant sese sup polos mundi: ad angulos rectos spherales. Signa quidem solsticiorū et equinoctiorū patent his versibus.

Hec duo solstitia faciunt cancer capricornus.
Sed noctes equant aries et libra diebus.

¶ Colur⁹ solsticior̄ est circul⁹ maior p principia cācri ⁊ capcorni: p polos eclyptice: parit ⁊ polos mūdi trāsiēs. Colur⁹ aūt eq̄noctior̄ itidē circul⁹ maior est: p principia arietis ⁊ libre ⁊ polos mūdi trāsiēs. 11

¶ Punctus verticalis (quē zenith nūcupat) est pūctus in celo e directo rei supapositi⁹: vt si cōcipias lineā rectā p centrū terre: pedes ⁊ caput cuiuspiā ad celū erecti trāseūtē: applicātēq̄ ad celi circuu ferentiā ei⁹ extremū: pūct⁹ adquē applicat: vertex illi⁹ rei dicer et. et eo pacto si per cētrū terre et medium vrbis hec linea trāsire intelligat: is punct⁹ ad quē in celo applicat: illi⁹ loci verticalis pūct⁹ dicet. 12

¶ Maxima solis declinatio est arcus coluri inter equatorem et alterutrum tropicorum intercept⁹: quea Ptolomeo inuenta est viginti trium graduum: ⁊ vnius et quinquaginta minutorum: ab almeone vero 23 graduum et 33 minutorum: et huius varietatis mobilitas ecliptice octaui circuli in causa est: que accessionis: recessionisq̄ motu eiusdem circuli prouenit: vt ampli⁹ ex theoricis est cognoscendum. cetera autem peritiam: perspicuamq̄ de se prebent intelligentiam. 13

¶ De meridiano. Cap. quartum.

¶ Sunt igitur duo alii circuli maiores i sphera scilicet meridianus ⁊ horizon. Est aūt meridianus circulus quidā transiens per polos mundi et per zenith capitis nostri et dicitur meridianus quia vbicunq̄ sit homo ⁊ in quocunq̄ tēporcanni: quādo sol motu firmamenti peruenit ad suum meridianum est illi meridies. Consimili ratione dicitur circulus medie diei. Et est notādū q̄ ciuitates quarum vna magis accedit ad orientum q̄ alia: habent diuersos meridianos. Arcus vero equinoctialis interceptus inter duos meridianos: dicitur longitudo ciuitatū. Si autem due ciuitates eundem habeant meridianū: tunc equaliter distant ab oriente et occidente.

¶ Meridianus est circulus maior per pūctum verticis et polos mundi transiens: vnde euenit vt hūc circulum nobis vel ad ortum vel ad occasum proficiscentibus: continue variari necesse sit: et omnia loca quorum vnus ad orientem magis q̄ alter quicūq̄ pronior vergat diuersos habere meridianos: et hoc pacto de locis vicinius ad occasum vergentibus. 14

¶ Longitudo locor̄ (quā et longitudinē ciuitatū dicunt) ⁊ arcus equatoris iter duos duū locor̄ meridianos interceptus: et cū equator 360 graduū circuitū obtinēs: tot⁹ sup horizōta in 24 horarū spacio regulariter ascēdat: hinc euenit vt in vna qualibet hora 15 equatoris grad⁹ cōtinue sup horizontē cōscēdāt. quapropter ex lōgitudīe ciuitatū facilime cognoscit vni⁹ ad alterā horaria distātia cū sol citius meridianū obtineat eis q̄ oriēti sūt viciniores q̄ occiduis: ergo si duar̄ vrbiū lōgitudo sit 15 gradus: sol citius earū oriētaliorīs vni⁹ horę iteruallo q̄ occidētaliorīs meridianū cōtiget: ⁊ si illor̄ locorū lōgitudo esset 30 grad⁹ sol citius illic duarū horarū interuallo q̄ hic ad meridiei peueniret fastigium: quod facile ex tabula longitudinum locorum ab occidente paulopost subiuncta deprehendas. 15

¶ Intra ergo tabulā et vide e regione locorū (quor̄ meridiei differētiā q̄ris) lōgitudines: et minorem substrahe a maiori scz gradus a gradibus et minuta a minutis: et qd̄ reliquet est illorū adinuicē lōgitudo partire ergo per 15 gradus longitudinis inuente: et qd̄ eliciet sunt hore: quibus sol citius in loco cuius inuēta fuerat lōgitudo maior peuenit ad meridianū. At si grad⁹ nō ascendāt ad 15 aut si qui supersint partitione pe 15 facta: illos multiplica per 60 et producto adde minuta si q̄ superabāt ⁊ parti- 16

re per 15 et habebis minuta hore: et si partitiõe facta superãt minuta ea rursum duc in 60: et partire per 15 et habebis secunda: ⁊ hoc pacto eliceres tertia/et altas minutias. Verbi causa: si cupis cognoscere quanto tempore sol citius hierosolymitanis q̃ parisijs cõtingit meridianum. accipe vtrorumq̃ ex tabula ab occidente longitudinẽ: estq̃ Parisiorum longitudo grad⁹ 24 minuta 30: hierosolymitanorum vero gradus 66 et minuta 15. et quia hierosolyme ad occidentẽ q̃ Parisij est longitudo maior: substrahe ergo gradus 24 et minuta 30 longitudinẽ videlicet parisianam a gradibus 66 ⁊ minutis 15 longitudine Solimorum et superant gradus 41 et minuta 45 longitudo scilicet meridianorũ hierosolyme et parisij: quos superantes grad⁹ partior per quindecim et proueniũt duo/numer⁹ scilicet horarum: sed supersunt 11 gradus et 45 minuta: quibus quidẽ gradib⁹ per 60 multiplicatis ⁊ producto additis 45 superantibus minutis surgit numerus 705 quẽ partior per 15 ⁊ proueniunt 47 numerus scilicet minutorum hore. ratũ ergo erit solem citius occupare meridiei sũmitatem hierosolymitanis q̃ parisianis duabus horis et 47 minutis. Tabula ergo longitudinis locorum pariter et latitudis subter conspicẽda subiicitur ex Ptholomeo deprompta.

¶ Tabula longitudinis et latitudinis ciuitatum ab occidente.

	Longitudo		Latitudo			Lõgitudo		Latitudo	
Nomina	G	M	G	M		G	M	G	M
¶ Ex hispania q̃ et iberia					Ex Italia				
Hieron pmõtoriũ	2	30	38	15	Ligur ciuitas	30	0	42	30
Anas: fluuius	4	20	37	30	Mediolanũ ciuitas	30	30	44	20
Bethis: fluuius	5	20	37	0	Ticinũ ciuitas	30	30	44	0
Anester: portus	5	30	36	30	Parma: ciuitas	32	10	43	30
Calpe: mons	7	30	36	15	Rhegiũ: ciuitas	32	30	43	30
Julia: ciuitas	8	30	0	0	Muceria: ciuitas	32	0	43	20
Corduba: ciuitas	9	20	38	20	Felcina: ciuitas	33	20	42	30
Caridemũ pmõtoriũ	11	20	36	30	Florentia: ciuitas	33	30	43	0
Helus: fluuius	12	0	45	10	Pisa ciuitas	33	20	42	30
Cartago noua ciuitas	13	0	37	30	Aretium ciuitas	34	20	42	30
Pallantias fluuius	15	0	39	30	Sena: ciuitas	34	20	42	20
Iberius: fluuius	15	30	39	20	Fauentia: ciuitas	34	10	43	30
Tarracon: ciuitas	16	20	40	20	Ariminũ: ciuitas	35	10	43	30
Barcinon: ciuitas	17	15	41	0	Rhoma: vbs	36	30	41	30
¶ Ex gallia					Tiberis/fluuius	36	30	41	30
Garunna: fluuius	18	30	46	30	Tibur: ciuitas	36	30	41	30
Neodunũ ciuitas	19	0	50	0	Preneste: ciuitas	37	20	41	30
Necomagus: ciuitas	20	30	51	0	Artia: ciuitas	37	0	41	20
Rhotomag⁹: ciuitas	21	30	51	0	Priuernũ: ciuitas	37	30	41	30
Sequana: fluuius	23	0	50	30	Lume ciuitas	39	10	41	30
Lugdunũ: ciuitas	24	15	45	20	Capua: ciuitas	39	30	41	20
Leucotecia quã: Parisium esse putant	24	30	48	30	Pithecusa: ciuitas	39	20	40	20
					Parthenope: ciuitas	40	0	41	0
Hosa: fluuius	15	30	53	30	Petilia: ciuitas	40	30	38	30
Forũ iuliũ: ciuitas	27	20	42	30	Tarentũ: ciuitas	41	30	39	30
Varus: fluuius	28	20	43	0	Ardea: ciuitas	49	30	41	20
¶ Ex germania					¶ Ex Sicilia				
Amasus: fluuius	29	0	55	0	Pelorus pmõtoriũ	31	40	38	30
Tuderiũ: ciuitas	30	0	52	0	Drepanũ: ciuitas	36	30	36	20
Ulma: ciuitas	31	0	47	0	Phorbãtia: insula	36	0	36	20
Brondẽtia: ciuitas	33	30	48	0	Lilibeũ: ciuitas				
Enus: fluuius	34	0	47	30	et pmontoriũ	37	0	36	0
Biturdiũ: ciuitas	34	30	51	16	Panormus: ciuitas	37	0	37	0
Heuium: ciuitas	35	30	53	30	Heraclea: ciuitas	38	20	36	20
Bergiũ: ciuitas	36	0	49	30	Hibla: ciuitas	38	20	37	0
Calesia: ciuitas	37	30	52	20	Ethna: mons	39	0	38	0
Stragona: ciuitas	39	20	52	30	Orchus: fluuius	39	30	36	40
Cormũ: ciuitas	41	10	44	0	Megara: ciuitas	39	10	34	10
Iuollum. ciuitas	42	30	46	0	Pachinus: pmõtoriũ	46	0	36	20
Bibalis: ciuitas	43	0	45	30	¶ Ex Sarmatia				
Merona: ciuitas	44	20	44	30	Boristhenis: mediũ	53	0	50	40
Epicaria: ciuitas	45	30	41	20	Boristhenis: fluuius	57	30	48	30

Nomina	Longitudo G	Longitudo M	Latitudo G	Latitudo M
Riphei montes	63	0	57	30
Hostiũ occidentale				
tanais fluuij	66	20	45	10
Orientale eiusdem	67	0	54	30
¶ Ex Tracia				
Nessus: fluuius	51	30	41	30
Abdera: ciuitas	52	10	41	30
Rhodope: mons	52	30	43	10
Samothrace: insula	52	30	41	0
Ebrus: fluuius	53	0	41	30
Bosphorus: fluuius	54	20	41	30
Bizantiũ: que et				
Cõstantinopolis	56	30	43	0
¶ Ex Macedonia				
Pindus: mons	47	40	38	20
Phestus: ciuitas	47	10	39	20
Anthigonia: ciuitas	48	40	41	20
Axius fluuius	46	30	40	40
Strimon: fluuius	50	15	41	20
Arethusa: fluuius	50	10	41	20
Peneus: fluuius	50	30	39	20
Olympus: mons	50	0	39	20
Ossa: mons	50	40	39	40
Othris: mons	50	0	38	40
Pelion: mons	51	10	39	20
Larissa: ciuitas	51	20	38	30
Athos: mons	51	0	40	10
Lemnos: insula	52	20	40	30
Scyros: insula	54	0	39	0
¶ Ex Epiro				
Acroceraunia: mõtes	44	20	39	10
Butrotum: ciuitas	45	30	38	20
Acheron: fluuius	47	10	38	20
Ambracia: ciuitas	48	0	38	10
Actium: ciuitas	48	15	37	30
Leucas: promontoriũ	48	20	37	40
Achelous: fluuius	48	30	37	30
Itacha: insula: ĩ qua et ci=				
uitas eiusdẽ est nois	48	0	37	29
¶ Ex Achaia				
Calidon: ciuitas	49	0	37	40
Euenus: fluuius	49	0	37	30
Cyrra: mons	50	0	37	30
Pythia: ciuitas	50	30	37	30
Delphi: ciuitas	50	0	37	40
Parnasus: mons	51	0	37	30
Thespie: ciuitas	51	20	37	40
Orchomen?: ciuitas	51	20	37	40
Cytheron: mons	52	30	37	40
Elensis: ciuitas	52	20	37	10
Athene: ciuitas	52	30	37	10
Megare: ciuitas	52	0	37	20
Marathon: ciuitas	53	10	37	10
Asopus: fluuius	53	30	37	40

Nomina	Lõgitudo G	Lõgitudo M	Latitudo G	Latitudo M
Aulis: portus	53	30	37	30
Calchis: iuxta Euripũ				
fluuiũ: ciuitas	53	30	38	0
Chyus: insula	54	40	36	0
Chersonesus	54	30	38	10
Caphareus pmõtoriũ	55	0	37	20
Delus: insula	55	20	37	20
Olearus: ciuitas	55	20	37	30
Seriphũ: ciuitas	55	0	36	30
¶ Ex peloponeso				
Strophades: insule	47	20	36	0
Alpheus: fluuius	48	20	35	30
Pilus: ciuitas	48	30	35	30
Pisa: ciuitas	48	40	36	0
Helis: ciuitas	49	0	36	20
Troesen: ciuitas	49	10	35	20
Lacedemon: ciuitas	50	10	35	30
Eurotas: fluuius	50	30	35	10
Epidaurus: ciuitas	51	1	37	20
Inachus: fluuius	51	30	35	30
Corinthus: vrbs				
que Ephire	51	15	36	23
Isthmus: continens				
Nemea: silua	51	1	36	20
Argos: ciuitas	51	20	36	10
Mycene: ciuitas	51	30	36	10
Egina vrbs	52	20	36	30
¶ Ex mauritania:				
Tigis cesarea: ciuitas	6	30	35	30
Athlas minor: mons	6	0	35	20
Athlas maior: mõs	8	20	26	30
¶ Ex minore Affrica				
Utica ciuitas	32	0	32	30
Cirna mons	33	0	30	0
Carthago: ciuitas	34	30	32	40
Syrtes parue	38	30	32	0
Triton: palus	38	40	29	40
Ammonis: ciuitas	42	0	32	40
Syrtes magne	43	10	31	0
Cirene: ciuitas	50	0	31	20
¶ Ex Egypto				
Alexandria: ciuitas	60	30	31	0
Canopus: ciuitas	60	30	31	11
Nili primũ hostium	60	30	31	1
Secundum hostiũ	61	30	31	1
Tertium hostiũ	61	30	31	1
Quartũ hostium	62	30	31	10
Quintum hostiũ	62	30	31	10
Sextum hostiũ	63	1	31	10
Septimũ hostiũ	63	15	31	10
Dionysia: ciuitas	60	30	23	0
Memphis: ciuitas	61	30	29	30
Hermis. Mercurij				
Trismegisti: ciuitas	61	40	28	20
Helyopolis: ciuitas	62	30	29	30

Nomina	Lõgitudo G	Lõgitudo M	Latitudo G	Latitudo M	Nomina	Lõgitudo G	Lõgitudo M	Latitudo G	Latitudo M
Thebe:ciuitas	62	30	25	30	Tharsos:ciuitas	67	40	36	30
Sciene:ciuitas	62	0	29	20	Termodoon:fluuiꝰ	67	0	43	15
¶ Ex minore asia					Tanais fluuius	67	0	54	30
Abydus:ciuitas	55	20	41	15	Phasis:fluuius	72	30	45	0
Simois:fluuius	55	20	41	10	Colchis:insula	75	30	39	0
Scamandrus:fluuius	55	15	41	0	¶ Ex syria				
Sigeũ:promontorium	55	10	41	0	Carmelus:mons	66	20	32	30
Iliũ q̃ et troia:ciuitas	55	30	41	0	Ptholemais:ciuitas	66	30	33	0
Tenedos:insula	55	0	30	30	Iordanis:fluuius	67	40	32	30
Lesbos:insula	55	0	40	0	Tyrus:ciuitas	67	0	33	20
Mitelene:ciuitas	55	40	39	40	Sydon:ciuitas	67	0	33	30
Icaria insula	56	30	47	40	Libanus:mons	68	30	34	10
Chyus:insula	56	20	38	20	Cassus:mons	8	30	35	20
Ida:mons	56	0	41	0	Damascus ciuitas	69	0	33	0
Gnidus:ciuitas	56	15	36	0	¶ Ex palestina:que et				
Smirna:ciuitas	57	20	38	20	Iudea dicitur				
Clazomene:ciuitas	57	0	38	30	Iopa:ciuitas	65	40	32	30
Colophon:ciuitas	57	40	38	10	Azotus:ciuitas	65	15	31	30
Ephesus:ciuitas	57	40	37	40	Ascalon:ciuitas	65	0	31	40
Meander:fluuius	57	40	37	20	Sebasta:ciuitas	65	40	32	30
Minas:mons	57	30	38	30	Hierosolyma ciuitas	66	15	31	20
Pergamus:ciuitas	57	20	39	30	Asphaltus:lacus	66	30	31	10
Samus:insula	37	0	37	20	Tiberiadis:lacus	67	15	32	1
Cous:insula	57	0	36	20	¶ Ex assyria				
Rhodus:insula	57	20	35	20	Miniue:ciuitas	78	0	36	40
Tmolus:mons	58	30	38	30	Babylon:ciuitas	79	0	35	0
Micale:mons	58	0	37	40	Thesiphõ:ciuitas	80	0	35	0
Milerus:ciuitas	58	0	37	0	Cambyses:fluuius	81	0	42	30
Magnesia:ciuitas	58	40	39	10	¶ Ex Carmania				
Philadelphia:ciuitas	59	0	38	30	Bactra:regia	116	0	41	0
Laodicia:ciuitas	59	30	38	40	Oriana:ciuitas	117	10	44	40
Antiochia:ciuitas	59	30	38	30	¶ Ex india				
Cadmus:mons	59	40	38	30	Bragma:ciuitas	128	0	19	0
Pactolus:fluuius	59	0	39	20	Ganges fluuius	129	0	7	20
Mysa:ciuitas	59	0	38	15	Bãgis p̃mũ hostiũ	144	30	18	10
Hermus:fluuius	60	0	40	0	Secundum hostiũ	145	40	18	40
Didimus:mons	61	0	40	40	Tertiũ hostiũ	146	30	18	40
Iconiũ ciuitas	64	30	38	30	Quartũ hostiũ	147	30	18	30

¶ Prouinciarũ principia/ media atq; fines: tum in longitudinum/ tum latitudinum gradibus

	Longitudo			Latitudo		
	P	M	F	P	M	F
	G	G	G	G	G	G
¶ Ex Europa: prouincie. Hibernia ĩsula Britannica	7	13	18	62	59	57
Albion insula britannica	14	22	30	61	56	51
Hispania betica	4	8	12	40	38	36
Lusitania hispania	2	6	11	41	39	37
Tarraconẽ. hispania	4	12	20	45	39	34
Celtogalatia aqtania	17	19	21	55	49	43
Gallia lugdunensis	16	20	25	51	45	39
Gallia belgica	22	25	29	54	49	45
Gallia narbonẽsis	21	25	29	45	43	42
Germania magna	27	36	46	59	52	46
Rethia	29	30	31	47	46	45
Vindelicia	32	33	34	47	46	45
Noricum	34	35	37	49	47	45
Pannonia superior	37	42	48	47	45	45
Pannonia inferior	41	43	45	47	44	42
Illiris	36	42	49	45	39	34
Dalmatia	37	41	46	44	42	41
Italia	28	38	49	45	41	38
Cirnus insula	30	34	39	41	40	39
Sardinia	29	34	39	39	34	29
Sicilia	36	38	40	39	36	34
Sarmatia	47	59	72	68	54	41
Taurica	60	62	64	48	47	46
Iasides	43	44	45	48	47	46
Datia	43	51	59	48	45	43
Misia superior	45	47	49	44	43	42
Misia inferior	47	52	57	48	45	43
Thracia	51	53	56	44	42	41
Chersonesus	54	0	55	41	0	41
Macedonia	44	49	54	48	43	38
Epirus	44	46	49	39	37	36
Achaia	48	50	53	38	37	36
Euboia insula	52	53	55	38	37	36
Peloponesus	47	49	52	45	39	34
Creta insula	52	53	55	55	44	34
¶ Ex Affrica prouincie.						
Mauritania tigãica	6	41	76	35	30	26
Mauritãia cesarien.	11	18	26	36	31	26
Affrica minor	26	36	46	41	30	20
Numidia	20	33	46	38	32	26
Cirene	47	49	51	31	26	21
Marmarica	51	58	65	39	31	23
Egyptus mediterranea	52	58	65	31	27	23
Libia interior	1	24	48	33	19	5
Ethiopia sub egypto	59	70	82	22	11	1

	Longitudo			Latitudo		
	P	M	F	P	M	F
	G	G	G	G	G	G
Meroe	61	73	85	22	11	1
Ethiopia interior	10	45	80	12	14	16
¶ Ex Asia: prouincie.						
Põtus et Bithinia	56	56	62	43	41	40
Asia minor	55	58	62	48	41	35
Licia	59	60	61	37	36	35
Galacia	61	93	65	44	41	38
Pamphilia	61	62	64	38	36	35
Capadocia	27	49	72	51	44	37
Armenia minor	65	68	71	42	39	37
Cilicia	64	66	69	38	37	36
Sarmatia asiatica	64	75	87	55	50	46
Colchis	71	72	74	46	45	44
Iberia	74	75	76	45	45	44
Albania	77	81	85	47	45	44
Armenia maior	71	75	79	44	41	38
Cipr̃us insula	64	61	67	36	34	33
Syria	66	69	73	37	33	30
Palestia q̃ r̃ iudea	64	65	67	32	31	30
Arabia petrea	65	67	69	31	29	28
Mesopotamia	72	75	79	44	39	34
Arabia deserta	72	75	79	35	32	29
Babilonia	38	59	80	35	32	30
Assyria	76	79	83	39	37	35
Media	80	89	99	43	38	34
Susiana	80	84	88	38	34	30
Persis	85	89	94	35	32	29
Partia	94	97	100	38	36	34
Hircania	94	97	100	42	40	38
Arabia felix	65	79	94	29	20	11
Carmania	94	99	104	29	23	18
Margiana	101	103	106	43	41	39
Bactriana	111	115	119	44	41	39
Sogdiana	117	120	124	45	43	41
Scithia intra Imaũ montem	91	97	104	48	45	43
Scithia extra Imaũ montem	144	147	150	49	43	37
Serica	156	166	177	55	44	37
Aria	102	106	111	38	35	33
Paropanisus	113	116	119	38	35	33
Drangiana	103	107	111	32	30	28
Arachosia	112	115	118	32	30	28
Gedrosia	105	111	118	28	22	17
India itra gangẽ	109	128	147	37	24	11
India extra gãgẽ	137	154	172	35	18	1
Aurea Chersones⁹	145	157	169	9	5	2
Sinarum regio	175	177	180	26	14	2
Taprobane insula	116	125	135	12	6	1

¶Horizon vero est circulus diuidens inferius hemisperium a superiori. Unde appellatur horizon: id est terminator visus. Dicitur autem horizon circulus hemisperij. Est autem duplex horizon: rectus et obliquus/ siue decliuis. Rectum horizonta/ et spheram rectam habent illi quorum zenith est in equinoctiali. quia illorum horizon est circulus transiens per polos mundi diuidens equinoctialē ad angulos rectos spherales: vnde dicitur horizon rectus et sphera recta. Obliquum horizonta siue decliuem habent illi quibus polus mundi eleuatur supra horizontem: quoniam illorum horizon intersecat equinoctialem ad angulos impares ⁊ obliquos. vnde dicitur horizon obliquus ⁊ sphera obliqua siue decliuis: zenith autem capitis nostri semper est polus horizontis.

¶Unde ex his patet q̃ ꝗta est eleuatio poli mundi supra horizontem: tanta est distantia zenith ab equinoctiali. quod sic patet. Cum ī quolibet die naturali vterq̃ colurus bis iungatur meridiano/ siue idem sit q̃ meridian⁹: quicquid de vno probatur/ et de reliquo. Sumatur igitur quarta pars coluri distinguentis solsticia que est ab equinoctiali vsq̃ ad polum mundi. Sumatur iterum quarta pars eiusdem coluri que est a zenith vsq̃ ad horizontem: cum zenith sit polus horizontis. Iste due quarte cum sint quarte eiusdem circuli: inter se sunt equales. Sed si ab equalibus equalia demantur vel idem commune: residua erunt equalia. dempto igitur communi arcu scilicet qui est inter zenith et polum mundi: residua erūt equalia/ scilicet eleuatio poli mūdi supra horizontē/ et distātia zenith ab equinoctiali.

¶Horizon qui et finitor dicitur/ est sphere circulus maior: superius hemisperiū ab inferiore diuidens. est enim is circulus in quem sub diuo cōsistentium/ circunducentiumq̃ oculos: videtur obtutus deficere. qui et dicitur partem celi visam a non visa dirimere. Hemisperium: dimidium sphere nuncupamus.

¶Rectus horizon est horizon sub equatore habitantium: qui ⁊ spheram rectā habere dicuntur. Obliquus horizon est horizon vltra/ citraue equatorem habitantium vbicunq̃ morari contingat: qui et idem spherā decliuem/ pronam/ atq̃ obliquam habere dicuntur. et omnium horizontium capitis vertex polus dicitur finitore scz vndiq̃/ omniq̃ ex parte equidistans. Latitudo locorum est interuallum/ atq̃ distantia puncti verticalis loci ad equatorem. pro qua hec subditur regula.



¶Quāta est eleuatio poli mūdi super horizontē: tanta est distātia puncti verticis ad equatorē. quod perinde est ac si dicatur quāta est alicui⁹ loci poli mundi eleuatio super horizontē: tāta est eiusdē loci latitudo. q̃ hoc pacto demōstratur.

¶Esto a b c alter coluzus nostro meridiano cōiunctus. linea b equator. c punctus verticis. d polus mūdi. a e horizon: manifestū est arcū d e esse eleuationem poli super horizontem. quam dico esse equam arcui c b qui est distantia puncti verticis ad equatorem. nam arcus b d (qui est distantia equatoris ad polum mūdi) est quarta pars circuli a b e. et similiter arcus c e distantia scilicet puncti verticis ad horizonta: quarta est eiusdem circuli a b e. nam punctus verticalis polus est horizontis. sunt igitur arcus b d ⁊ arcus c e quadrātes scz eiusdem circuli adinuicem equales: quandoquidē quarte omnes eiusdem circuli adinuicem equantur. at arcus c d est pars prime quarte b d/ similiter quoq̃ et idem arcus c d pars est secunde quarte c e. dempto ergo ab vtraq̃ quartarum communi arcu cd: residua erunt equalia. nam proloquium/ dignitasq̃ est: si ab equalibus equalia aut idem commune auferas residua esse equalia. sed dempto arcu c d ab quadrante b d: relinquitur c b distantia a puncto verticali ad equatorem. et dempto eodem arcu c d ab secundo quadrante c e: relinquitur d e eleuatio scilicet poli mundi super horizontem. equantur igitur adinuicem c b: et d e distantia scz puncti verticalis ad equatorem/ et eleuatio poli mūdi super horizontē. quāta est ergo eleuatio poli mundi super horizontem tanta est et distātia puncti verticalis ad equatorem. que est et loci latitudo atq̃ propositum.

¶De quattuor circulis minoribus. Cap. sextum.

¶Dicto de sex circulis maioribus/ dicendum est de quattuor minoribus. ¶Notandum igitur q̃ sol existens in primo puncto cācri: siue in puncto solsticij estiualis raptu firmamēti

describit quendã circulũ: q̃ vltimo descriptus est a sole ex parte poli arctici. Unde appellatur circulus solsticij estiualis ratione superius dicta. Vel tropicus estiualis a troposq̃ est conuersio. qz tũc sol incipit se cõuertere ad inferi⁹ hemisperiũ: et recedere a nobis. Sol iterum existens in primo pũcto capricorni siue solsticij hyemalis: raptu firmamenti describit quẽdam circulũ: qui vltimo describitur a sole ex parte poli antarctici. Unde appellatur circulus solsticij hyemalis/ siue tropicus hyemalis: quia tunc sol conuertit̃ ad nos. Cũ autem zodiacus declinet ab equinoctiali: et polus zodiaci declinabit a polo mundi. Cum igitur moueatur octaua sphera: ⁊ zodiacus q̃ est pars octaue sphere mouebit̃ circa axem mundi/ et polus zodiaci mouebitur circa polum mundi. Iste igitur circulus quem describit polus zodiaci circa polum mundi arcticũ: dicitur circul⁹ arctic⁹. Ille vero circul⁹ quẽ describit alter polus zodiaci circa polum mũdi antarcticũ: dicit̃ circul⁹ antarctic⁹. Quãta est etiã maxima solis declinatio scz ab equinoctiali: tãta est distãtia poli mundi ad polũ zodiaci. quod sic patet. Sumatur colurus distinguẽs solsticia: qui transit p̃ polos mundi et per polos zodiaci. Cum igitur omnes quarte vnius ⁊ eiusdem circuli inter se sint equales: quarta hui⁹ coluri que est ab equinoctiali vsq̃z ad polum mundi erit equalis q̃rte eiusdem coluri/ que est a primo pũcto cancri vsq̃z ad polum zodiaci. igitur ab illis equalibus dempto cõmuni arcu qui est a primo pũcto cãcri vsq̃z ad polũ mũdi: residua erũt equalia/ scz maxima solis declinatio/ ⁊ distantia poli mundi ad polum zodiaci. Cum autẽ circulus arcticus secundũ quãlibet sui partem eque distet a polo mundi: patet q̃ illa pars coluri q̃ est inter primũ pũctum cãcri et circulum arcticũ/ fere est dupla ad maximã solis declinationem/ siue ad arcũ eiusdem coluri qui intercipitur inter circulum arcticum et polum mũdi arcticum: qui etiam arcus equalis est maxime solis declinationi. Cum enim colurus iste sicut alij circuli in sphera sit 360 graduũ: quarta eius erit 90 graduum. Cum igitur maxima solis declinatio secundum Ptholomeum sit 23 graduum et 51 minutorum/ et totidẽ graduum sit arcus qui est inter circulum arcticum et polum mundi arcticum: si ista duo simul iuncta que fere faciunt 48 gradus subtrahantur a 90/ residuum erũt 42 grad⁹/ quãtus est arcus coluri qui est inter primum punctum cancri et circulum arcticum. et sic patet q̃ ille arcus fere duplus est ad maximam solis declinationem.

21 ¶ Tropicus cancri est circul⁹ minor: quem sol in principio cancri existens/ ad motum primi mobilis describit. qui et solsticium estiuum dicitur.

Tropicus capricorni est circulus minor: quem sol initium capricorni tenẽs. ad motum primi mobilis describit. quẽ et circulum brume dicimus.

22 ¶ Circul⁹ arctic⁹ est circul⁹ mior quẽ pol⁹ zodiaci ad motũ p̃mi mobil̃ circa polũ mũdi arcticũ describit.

Circulus antarcticus est circulus minor: quem alter pol⁹ zodiaci circa polũ mũdi antarcticũ circinat et describit. Polũ zodiaci pũctũ vndecũq̃z eclyptice equidistãtẽ nũcupam⁹. sũt enĩ poli zodiaci: axis eclyptice extremitates. et pro distãtia poli zodiaci a polo mundi cognoscenda hec subditur regula.



¶ Quanta est maxima solis declinatio tãta est distantia poli zodiaci a polo mũdi. Que hoc pacto demonstratur.

Sit circulus a b d colurus solsticiorum: q ui ex diffinitione per polos zodiaci pariter et polos mũdi trãsit. et sit linea a eclyptica et linea. b equator. et pũctus c polus zodiaci. d vero polus mũdi. dico ergo arcũ c d qui est distãtia poli zodiaci a polo mundi: equũ esse arcui b a qui est maxima solis declinatio. Nã arcus a c est quarta pars circuli a b d. est enĩ c polus eclyptice a. sed et arcus b d est q̃rta eiusdẽ circuli. igit̃ q̃rte a c et b d adinuicẽ equant̃. ⁊ arcus b c est pars quarte a c itidem et pars quarte b d. dẽpto igit̃ a duab⁹ quartis a c et b d codẽ cõmuni arcu qui est bc: residua per cõceptionem erunt equalia. at dempto arcu b c ab arcu a c relinquitur b a: et dempto codẽ arcu b c ab arcu b d relinquitur c d. equãtur igitur relicta adinuicem c d et b a/ que sunt distantia poli zodiaci a polo mundi et maxima solis declinatio quod est propositum



¶ Ex his quoq̃z et determinatis in precedẽte commento: distantias tum in celo/ tum in terra cognoscere promptũ est: vt esto a d k colurus solsticiorum: et linea a k horizon. linea b circulus brume. c equator. d solsticium estiuum. e vertex capitis. f punctus circuli horei puncto verticali vicinior. g polus mundi. h punctus circuli horei a verticali puncto remotissimus.

24

1 ¶Ad cognoscendā ergo alicuius loci note latitudinis citra equatorem ad circulum estiuum siti: distantiam horizōtis ad punctum circuli borei sibi vicinius: vt arcū k h: substrahe ab arcu g k: (qui equatur per regulam precedentis capitis latitudini loci) arcum g h: qui equus est maxime solis declinationi a ptholomeo diffinite 23 graduum et 51 minutorum et remanet distantia petita.

2 ¶Ad cognoscendam eleuationem poli mūdi super horizonta eiusdem loci vt arcum g k: quere loci illius cuiuscunq; per tabulam quarto capiti adiectam: latitudinem et per regulam precedentis capitis habes tuam eleuationem. equatur enim latitudo semper polari eleuationi.

3 ¶Ad cognoscendā maximā eleuationē circuli arctici super horizontem vt arcum f k adde arcui g k eleuationi scz poli mūdi super horizōta: arcū f g q̄ equat maxime solis declinationi: et habes petitū.

4 ¶Ad cognocendam distantiam puncti verticalis ad horizonta vt arcū e k partire 360 circuli numerum per 4 et prouenient 90 scz interuallum verticis capitis et finitoris.

5 ¶Ad cognoscendam distantiam horizontis ad circulum estiuum ex eadem parte que est arcus d k: adūce arcui d h qui est quarta circuli 290 graduum) arcum h k prius cognitum: et habes interuallum inter horizonta/ chelasq; eadem ex parte interceptum.

6 ¶Ad cognoscēdam distantiam horizōtis eadem ex parte ad equatorem id est a arcum c k: adde arcui d k proxime inuento: maximam solis declinationem: et interuallum prouenient petitum.

7 ¶Ad cognoscendā maximā distantiā horizontis ad circulū brume hoc est arcū b k: maxime distantie horizontis ad equatorē nūc inuente: adūce iterū maximā solis declinationē vt arcū b a: et habes petitum. Arcus enī a l: interualli horizontis ad horizonté. notus est: nā circuli medietas: que est 180 gradus. et hoc pacto cape distātias ab h polo scilicet zodiaci: ipsū ad g ad f ad e ad d ad c ad b ad a cōparando: et hunc in modū de ceteris punctis: et cognosces prōptissime oēs grad⁹ et minuta distātiarū in celo: quibus quidē cū similia in terris respōdeāt: gradus et minuta interuallorum terre facillime dinosces: Et ad latitudinē parisianā: horū interuallorū formulā subiunxim⁹/ eiusmodi distātiarū locorū solis superioris figure litteris vsi: vt l h p eleuatione poli eclyptice sup horizontē et l g p eleuatione poli mundi et hoc pacto de reliquis et horū interuallorū distātiarūq; cognoscendarū promptitudo nō paruum ad cosmographiam Ptolomei/ et Geographiam Strabonis habet momentum.

Distā.	G	M	Distā.	G	M	Distātie	G	M	Ad latitudinem
k h	24	90	h c	113	51	f b	89	51	
k c	48	00	h b	137	42	f a	108	90	
k f	71	51	h a	155	51	e d	24	90	
k e	90	00	g f	23	51	e c	48	00	
k d	114	90	g e	42	00	e b	71	51	
k c	138	00	g d	66	90	e a	90		
k b	161	51	g c	90	00	d c	23	51	
k a	180	00	g b	113	51	d b	47	42	
M g	23	51	g a	132	00	d a	65	51	
M f	47	42	f e	18	90	c b	23	51	
M e	65	51	f d	42	18	c a	42	00	
M d	90	00	f c	66		b a	18	90	

25 ¶Aduerte preterea distātiā prime a circulo boreo ad circulū cancri (que est arcus f d) inueniri subducēdo maximā solis declinationē et distantiā circuli borei a cardine mūdi: que eidē maxime declinationi eq̄tur: scz c d et f g: ab quarta circuli scz 90 gradibus: at maxima solis declinatio q̄ est a Ptolomeo pscripta gradus 23 et minuta 51: duplata gradus cōflat 47 et minuta 42: subductis itaq; a 90 gradibus eiusmodi geminate distātie gradib⁹ 47 et minutis 42: relinquūtur gradus 42 et minuta 28 proxima scilicet distantia circuli borei ad cancrum q̄ vt notat auctor fere dupla est ad maximā solis declinationem: fere non ab re adiectum est: quia ea minor est duplo maxime delinationis: quāto 47 gradus et 42 minuta superant 42 gradus et 18 minuta scilicet 25 gradib⁹ et 24 minutis: neq; autor exactam pro introductionis officio curauit ponere numerationem.

26 ¶Id demum animaduertione nō est indignum: non omnino verum esse maximā solis declinationem gradus 23 minuta 51 constāter seruare propter motū inclinationis octaui circuli: quem motum sol insequitur: scz in definienda determinandaq; maxime declinationis quātitate sequut⁹ est alphraganum et ille Ptolomeum cui nondum octaui circuli inclinationis motus quem accessum/ recessūq; vocant satis exploratus euaserat quod ex theoricis fidelius requirere licebit.

¶De quinq; zonis. Cap. septimum.

¶Equinoctialis cū quattuor circulis minorib⁹ dicuntur quinq; paralelli quasi eque distantes/ non quia ēxtum primus distat a secundo tantū secundus distet a tertio quia hoc falsum est sicut iam patuit/ sed quia quilibet duo circuli simul iūcti secūdum quālibe. sui partē eq̄ distāt abinuicē et dicūtur paralellus equinoctialis/ paralell⁹ solsticij estiualis/ paralellus solsticij hyemalis/ paralellus arcticus/ et paralellus antarcticus.

¶ Notandũ etiã q̃ quattuor paralelli minores scz duo tropici et paralell⁹ arctic⁹ ⁊ paralellus antarcticus distinguũt in celo quinq̃ zonas siue regiones. vñ Virgili⁹ i geor.

Quinq̃ tenent celum zone quarum vna coruſco.
Semper ſole rubens et torrida ſemper ab igni.

Distinguuntur etiam totidem plage in terra directe predictis zonis suppositę. vnde Ouidius in primo metamorphoseos.

Totidemq̃ plage tellure premuntur.
Quarum que media est: non est habitabilis estu.
Nix tegit alta duas: totidem inter vtrasq̃ locauit.
Temperiemq̃ dedit mixta cum frigore flamma.

Illa igitur zona que est inter duos tropicos dicitur inhabitabilis: propter calorẽ solis discurrẽtis semper inter tropicos. Similiẽ plaga terre illi directe supposita dicit̃ inhabitabilis: propter calorem solis discurrentis super illam. Ille vero due zone q̃ circunscribuntur a circulo arctico et circulo antarctico circa polos mundi inhabitabiles sunt propter nimiã frigiditatem. quia sol ab eis maxime remouetur. Similiter intelligẽdũ est de plagis terre illis directe suppositis. Ille autem due zone quarum vna est inter tropicum estiualem et circulum arcticum: et reliqua que est inter tropicum hyemalem et circulũ antarcticum: habitabiles sũt et temperate caliditate torride zone existente inter tropicos: et frigiditate zonarum extremarum que sunt circa polos mundi. Idẽ intellige de plagis terre illis directe suppositis.



¶ Paralellus circul⁹ est q̃ quoquo versus oiq̃ ex parte alteri circulo equidistat: vt circulus arctic⁹ paralellus est circulo cãcri/equatori/ circulo brume/et antarctico. et sunt quq̃ paralelli in sphera signati: q̃ sunt circul⁹ arcticus/circulus cancri/ equator/circul⁹ capricorni et circulus antarcticus: quarum quattuor minores arcticus/cancri/capricorni/ et antarctic⁹ disterminant distinguuntq̃ quinq̃ celi zonas.

¶ Esto ergo adiecte figure A polus mũdi. b et c circulus boreus. d e circulus cancri. f g circulus brume h l circulus antarcticus. l vero polus notius atq̃ astronoticus. erit prima zona scz borea/ arcticaq̃: totũ inter b a c interceptum spaciũ: que cõtinuo frigore rigens inhabitata est. secunda erit totũ inter b c et d e interceptum spacium: tẽperata atq̃ habitabilis. tertia erit totum inter d e et f g interceptũ spaciũ: feruore male: egreq̃ habitabilis. sol enim illic scõn lineã g d (que nobis ecliptica designat) assidua volubilitate gyros ducens suo feruore eã reddit inhabitatã. quarta est totum inter f g et h l interceptum spaciũ temperata atq̃ habitabilis: si aquarum vastitas/ ⁊ altera celi facies id impune sinat. quinta est totum inter h l interclusũ spaciũ frigore semper horrẽs/ atq̃ inhabitata. et cũ dicimus aliquam celi zonam aut habitatam/ aut inhabitatam: hanc denominationẽ a simili zona terre illi celesti plage subiecte intelligi volum⁹. et cũ habitatam aut habitabilẽ dicimus. bene ⁊ facile habitabilem. cum autem inhabitatam inhabitabilemue: egre/ difficileq̃ habitabilem intelligimus. sunt enim qui extustam torridamq̃ zonã nũc habitãt multi. et hę quinq̃ zone sumpta sphera facile conspiciuntur. Cetera autem littere intellectui peruia sunt.

¶ Introductorij Astronomici de spera secundi finis.

¶ Tertius liber de ortu et occasu signorum: de diuersitate dierum et noctium/ et de diuersitate climatum: et primo de ortu et occasu Cosmico/ Chronico/ et heliaco/ hoc est mundiali temporali: et solari.

Cap. primum.

Ignorum autem ortus et occasus dupliciter accipitur: quoniam quantũ ad poetas et quantum ad Astronomos. Est igitur ort⁹ et occasus signorum quo ad poetas triplex. scilicet cosmicus: chronic⁹: et heliac⁹. Cosmicus enim ortus siue mũdanus est: quando signũ vel stella supra horizõtem ex parte oriẽtis de die ascẽdit. Et licet inqualibet die artificiali sex signa sic oriãtur: tamen antonomasice signũ illud dicitur cosmice oriri cum quo et in quo sol mane oritur. Et hic ortus proprius ⁊ principalis et quotidianus dicitur. De hoc ortu exemplum in georgicis habetur vbi docetur satio fabarum et milij in vere: sole existente in tauro sic. Candidus auratis aperit cum cornibus annũ Taurus: et aduerso cedẽs canis occidit astro. Occasus vero cosmicus est respectu oppositiõis: scz quãdo sol orit̃ cum aliquo signo: cuius signi oppositũ occidit cosmice. De hoc occasu dicit̃ in Geor

¶ Ad cognoscendum quantum vnaquęq̃ horarum inequalium contineat hore equalis: cuiuscũq̃ volueris hore inequalis iam reperte: gradus ascensionum per 15 partire ⁊ veniet hora equalis: et si quid residui est auge per 60 et partire per 15 et nascentur minuta q̃ inequalis hora supra horam equalem continet: si autem gradus ascensionum per 15 partiri non sustineant: augmenta gradus illos per 60 ⁊ partire per 15: surgentq̃ minuta hore equalis quc inequalis hora cõtinebat. Verbi causa vt si tol primum gradum leonis subeat: cuius diei naturales horas ad situm parhisiensem cognoscere velim: capio ascensiones 15 primorum graduum leonis que sunt gradus 20: et minuta 21: sũtq̃ ascensiones prime hore inequalis: deinde 15 graduum sequentium ascẽsiones que sunt gradus 20 et minuta 36: et hũc in modum reliquc inequales hore querentur: et quesite (diuisione per 15 facta: in horas equales equinoctialesq̃ (vt subiecta monstrat formula) redigentur. 57

¶ Hore inequales

Ascensiones

Hore eq̃les.

	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12
	♋ m	♋ m	♋ m	♋ m	♋ m	♋ m	♋ m	♋ m	♋ m	♋ m	♋ m	♋ m
	20 21	20 36	20 33	20 25	20 25	20 33	20 36	20 21	19 25	17 33	15 01	12 25
	♄ m s	♄ m s	♄ m s	♄ m s	♄ m s	♄ m s	♄ m s	♄ m s	♄ m s	♄ m s	♄ m s	♄ m s
	1 21 24	1 22 24	1 22 12	1 21 40	1 21 40	1 22 12	1 22 24	1 12 24	1 17 40	1 10 22	1 4 0	0 49 40

¶ De diuersitate dierum et noctium que fit habitantibus in diuersis locis terre. Cap. tertium.

¶ Notãdum autem q̃ illis quorũ zenith est in equinoctiali circulo sol bis in anno trãsit per zenith capitis eorũ: scilicet quando est in principio arietis et in principio libre: et tunc sunt illis duo alta solsticia: quoniam sol directe transit super capita eorum. Sũt iterum illis duo ima solsticia: quando sol est in primis punctis cancri et capricorni: et dicũtur ima quia tũc sol maxime remouetur a zenith capitis eorũ. Unde ex predictis patet cum semper habeant equinoctium: in anno quattuor habebunt solsticia: duo alta et duo ima. Patet etiam q̃ duas habent estates sole existente in alterutro punctorũ equinoctialium: vel prope. Duas etiam habent hyemes scilicet sole existente in primis punctis cãcri et capricorni vel prope. Et hoc est quod dicit Alphraganus q̃ estas et hyems scilicet nostre sunt illis vnius et eiusdem complexionis: quoniam duo tempora q̃ sunt nobis estas et hyems sunt illis due hyemes. Unde ex illis istorũ versuum. Lucani patet expositio.

Deprensum est hunc esse locum quo circulus alti
Solstitij medium signorum percutit orbem.

Ibi enim appellat Lucanus circulum solstitij alti equinoctialem: in quo cõtingũt duo alta solsticia sub equinoctiali existentibus. Orbem signorum apellat zodiacum: quem

mediũ id est mediatũ hoc est diuisũ in duo media: equinoctialis percutit id est diuidit.
¶ Illis etiã in anno contingit habere quattuor vmbras. Cum enim sol sit ĩ alterutro pũctorum equinoctialiũ tunc in mane iacitur vmbra eorũ versus occidentẽ in vesperc eõuerso. In meridie vero est illis vmbra perpendicularis: cum sol sit supra caput eorum. Cum autem sol est in signis septẽtrionalibus: tunc iacitur vmbra eorum versus austrum. Quando est in australibus: tunc iacitur versus septentrionẽ. Illis autem oriuntur ⁊ occidunt stelle que sunt iuxta polos: sicut et quibusdã alijs habitantibus circa equinoctialem. Unde Lucanus sic inquit.

Tunc furor extremos mouit rhomanus horestas.
Carmenosq; duces: quorum tam flexus in austrum.
Ether non totam mergi tamen aspicit arcton.
Lucet et exigua velox ibi nocte bootes.

¶ Ergo mergit̃ et parũ lucet. Itẽ Ouidius de eadẽ stella.

Tingitur oceano custos erimãthidos vrse
Equoreasq; suo sidere turbat aquas.

¶ In situ aũt nostro nũq; occidũt iste stelle. Unde virgilius.

Hic vertex nobis semper sublimis: at illum
Sub pedibus styx atra videt mancsq; profundi.

¶ Et Lucanus.

Axis inocciduus gemina clarissimus arcto

¶ Item virgilius in georgicis sic inquit.

Arctos oceani metuentes equore mergi.

58 ¶ Hec littera clara est et huius situs incole leguntur esse Ichthyophagi ethiopũ populi qui (Strabone auctore) solis piscibus aluntur. est enim ichthys greca locutione piscis. Hi enĩ vt tradũt geographi eorũq; pecora piscibus vescũtur: et pecorũ carnes alimento piscibus prebent. domicilia ex ossibus cetorũ et ostreorũ cõcis magna ex parte faciunt. prebent enim coste trabium vsum/ et maxille portarũ/ et vertebra in vsum martariorũ (quibus pisces subigũtur) veniunt. et eos ad solem assitant. Horestes ferũtur populi ad austrum vltra quos ea ex parte non cognoscitur habitata regio.
Carmania indorum regio contermina Persis/ vasta deserta cõtinens: flumẽ habet auriferum/ argenti/ eris/ minii/ fossiles venas/ montes arsenici et salis. Carmanica vitis racemum bicubitalẽ facit: nemo eoq; ducit vxorem: qui prius hostis caput suo regi non obtulerit.

¶ Eorum quorum zenith est inter equinoctialem
et tropicum cancri. Cap. quartum.

¶ Illis autẽ quorum zenith est inter equinoctialem et tropicum cancri: contingit bis in anno q; sol transit per zenith capitis eorũ quod sic patet. Intelligatur circulus paralellus equinoctialis transiens per zenith capitis eorum: ille circulus intersecabit zodiacum in duobus locis eque distantibus a principio cancri. sol igitur existens ĩ illis duobus pũctis transit per zenith capitis eorum. Unde duas habent estates ⁊ duas hyemes: quattuor solsticia et quattuor vmbras sicut existentes sub equinoctiali. Et in tali situ dicunt quidam arabiam esse. Unde Lucanus loquens de arabibus venientibus rhomam in auxilium Pompeio dicit.

Ignotum vobis arabes venistis in orbem.
Umbras mirati nemorum non ire sinistras.

Quoniam in partibus suis quandoq; erant illis vmbre dextre: quandoq; sinistre: quandoq; perpendiculares: quandoq; orientales: quandoq; occidentales: sed quando venerant rhomam citra tropicum cancri: tunc semper habebant vmbras septẽtrionales.

59 ¶ Accepta materiali sphera/ aptatoq; vt decet horizonte littera peruia/ claraq; apparet. huius situs incole dicuntur esse Bragmane et Arabes. Attamẽ Arabia triplex est si Ptolomeo credimus: prima Petrea q̃ Syrie et Palestine iude eadiacet. Secũda deserta: q̃ Mesopotamie/ Babilonieq; cõtermia est. ⁊ he due citra cancrum site sunt. Tertia vero Arabia felix: Persis mariq; rubro adiacens: cui pars equatori et tropico cancri non parua interiacet media: de qua sola autor ex Lucano intelligit. et turifera regio est in qua ciuitas Saba/ Sabei populi.

¶ Eorum quorum zenith est in tropico cancri.
Cap. quintum.

¶ Illis siquidem quorum zenith est inter tropicum cancri cõtingit q̃ semel in anno trãsit sol per zenith capitis eorum: scilicet quando est in primo puncto cancri et tunc in vna hora dici vnius totius anni: est illis vmbra perpẽdicularis. In tali situ dicitur Syene ciuitas. Vnde Lucanus: vmbras nusq̃ flectẽte Syene. hoc intellige in meridie vnius dici cuius vmbra mane porrecta occidentalis sero orientalis: et per residuum totius anni iacitur illis vmbra septentrionalis.

¶ Apta vt decet horizonta: et facile qd̃ dicit autor intuebere. huius situs pars Egypti ponitur.

¶ Syene vrbs Egypti: prouincie thebaidos principium: illic enim antique centũ portarũ thebe fuisse perhibentur. Situs syenes incole triumbres sunt tresq̃ in anno vmbras habent: mane dũ sol tenet estiuum solsticium occidentales: in meridie aut nullas aut perpendiculares: vesperi autem orientales. In residua vero anni particula matutinas et serotinas altrorsus: meridianas: autẽ penitus septentrionales habent.

¶ Eorum quorum zenith est inter tropicum cancri
et circulum arcticum. Cap. sextum.

¶ Illis vero quorum zenith est inter tropicum cancri ꝛ circulũ arcticum: contingit q̃ sol in sempiternum non transit per zenith capitis eorum ꝛ illis semper iacitur vmbra versus septentrionem. Talis est situs noster. ¶ Notandũ etiã q̃ ethiopia vel aliqua pars eius est citra tropicum cancri. Vnde Lucanus.

Ethiopumq̃ solum quod non premeretur ab vlla.
Signiferi regione poli ni poplite lapso.
Vltima curuati procederet vngula tauri.

Dicunt enim quidam q̃ ibi sumitur signũ equiuoce pro duodecima parte zodiaci et pro forma animalis: quod secundũ maiorẽ ptẽ sui est in signo quod denominat vnde taurus cum sit in zodiaco secundum maiorem sui partem: tamen extẽdit pedem suum vltra tropicum cancri: ꝛ ita premit ethiopiam licet nulla pars zodiaci premat eam. si enim pes tauri de quo loquitur autor extenderetur versus equinoctialem: vt esset in directo arietis vel alterius signi: tunc premeretur ab ariete vel virgine/ et alijs signis. quod patet per circulum ad equinoctialem paralellum circunductum per zenith capitis ipsorum ethiopum: et arietem et virginem vel alia signa. ¶ Sed cum ratio phisica huic contrarietur: nõ enim ita essent denigrati si in temperata nascerẽtur habitabili. Dicendum q̃ illa pars ethiopie de qua loquit̃ Lucanus est sub equinoctiali circulo: et q̃ pes tauri de quo loquit̃ extẽditur versus equinoctialem. Sed distinguitur tunc in signa cardinalia et regiones. Nam signa cardinalia dicuntur duo signa in quibus contingunt solsticia: et duo in quibus cõtingunt equinoctia. Regiones autem appellantur signa intermedia. Et secundum hoc patet q̃ cum ethiopia sit sub equinoctiali non premitur ab aliqua regione sed a duabus signis tantum cardinalibus scilicet ariete et libra.

¶ Aptato vt oportet horizonte: cognitu facilis est littera. huius situs est vniuersa que descripta est Europa et Africe Asieq̃ plurimum.

Quod autem ethiopas sub equatore sitos putat: Ptolomeo consentit: qui illic Ichthyophagos sitos esse commeminit.

¶ Eorum quorum zenith est in circulo arctico.
Cap. septimum.

¶ Illis aũt quorꝫ zenith est in circulo arctico ꝓtingit in quolibet die et tẽpore ãni: q̃ zenith capitis corꝫ est idẽ cũ polo zodiaci et tũc habent zodiacũ siue eclypticã ꝓ horizõte. Et hoc est quod dicit Alphraganus q̃ ibi circulus zodiaci flectitur supra circulũ hemisperij: sed cũ firmamentũ cõtinue moueatur circulus horizontis intersecabit zodiacũ in instanti: et cũ sint maximi circuli in sphera intersecabũt se in partes equales. Vnde statim medietas vna zodiaci emergit supra horizontẽ: et reliqua deprimitur sub horizonte subito. Et hoc est quod dicit Alphraganus q̃ ibi occidunt repente sex signa: et reliqua sex oriuntur cũ toto equinoctiali. Cum autem eclyptica sit horizon illorꝫ: erit tropicus can-

60

cri totus supra horizōta et totus tropicus capricorni sub horizonte/et sic sole existente in primo puncto cācri: erit illis vna dies viginti q̄tuor horarum ⁊ quasi instās pro nocte quia in instanti sol transit horizonta et statim emergit: ⁊ ille cōtactus est pro nocte. Econuerso contingit illis sole existente in primo puncto capricorni. Est enim tūc illis vna nox 24 horarum et quasi instans pro die

61 ¶ Directo aptatoq̄ vt factu facile est fimtore littera pspicua est. et ptholomei cosmographia nullos huius situs incolas comperimus. vicinior enim illi circulo eius ex descriptione comperimus Orchadas insulas insulamq̄ Tylen. distant tamen Orchades a boreo circulo gradib⁹ 4 et minutis 49. Tyle autem pauxillulum vicinior distat gradibus 2 et minutis 54. Attamen iuniores eodē sub circulo insulas: fluuiosq̄ locant: sed nominum ineptitudo facit vt in expressa maneant.

¶ Quorum zenith est inter circulū arcticū et polū mundi. Cap. octauum.

¶ Illis autem quor zenith est inter circulū arcticū et polum mūdi arcticum: contingit quod horizon illorū intersecat zodiacū ī duob⁹ punctis eq̄distātibus a principio cācri: et in reuolutione firmamēti contingit q̄ illa portio zodiaci intercepta: sēper relinquitur supra horizontem. Unde patet q̄ q̄diu sol est in illa portione intercepta: erit vnus dies continuus sine nocte. ergo si illa portio fuerit ad quantitatē signi vnius: erit ibi dies ꝓtinuus vnius mēsis sine nocte si vero ad quātitatē duor signor erit duorū mensiū: et ita deinceps. Itē cōtingit eisdem q̄ portio zodiaci intercepta ab illis duobus punctis equidistantibus a principio capricorni: semper relinquitur sub horizōte vnde cum sol est in illa portione intercepta: erit vna nox sine die breuis vel magna secundum quantitatem intercepte portionis. Signa autē reliqua que eis oriunt̄ et occidunt preposterе oriunt̄ et occidunt. Oriunt̄ preposterе sicut taurus ante arietē/aries ante pisces/pisces ante aquarium: et tamen signa his opposita oriuntur recto ordine et occidunt preposterе vt scorpius ante libram/libra ante virginem: et tamen signa his opposita occidūt directe: illa scilicet que oriebantur preposterе vt taurus.

62 ¶ Directo horizonte litteram intelligere perq̄ facile est que in hoc situ habeantur geographi tacent. asseuerant tamen nonnulli mare gelatum/arctoosq̄ populos illic degere.

¶ Eorum quorum zenith est in polo arctico. Cap. nonum.

¶ Illis autē quor zenith est in polo arctico: cōtingit q̄ illor horizon est idē q̄ equinoctialis. Unde cū equinoctialis intersecet zodiacū in duas partes equales: sic et illorū horizon relinquit medietatem zodiaci supra: ⁊ reliquā infra. Unde cū sol decurrat per illā medietatē que est a principio arietis vsq̄ ī finē virginis: vnus erit dies cōtinu⁹ sine nocte et cū sol decurrit in illa medietate que est a principio libre vsq̄ in finem piscū: erit nox vna continua sine die. Quare et vna medietas totius anni est vna dies artificialis: et alia medietas est vna nox. Unde totus annus est ibi vnus dies naturalis. Sed cū ibi nunq̄ magis 23 gradibus sol sub horizonte deprimat̄ videt̄ q̄ illis sit dies cōtinuus sine nocte. Nā ⁊ nobis dies dicit̄ ante solis ortū supra horizontē. Hoc autem est q̄tū ad vulgarē sensibilitatē. Nō enī est dies artificialis quantū ad physicā rationē nisi ab ortu solis vsq̄ ad occasū ei⁹ sub horizonte. Ad hoc iterū q̄ lux videt̄ ibi esse perpetua: quoniam dies est anteq̄ sol leuet̄ super terrā per 18 gradus vt dicit Ptholomeus. Alij vero magistri dicunt 30 scilicet per quantitatē vnius signi. Dicēdum q̄ aer est ibi nubilosus et spissus. Radius enim solaris ibi existens debilis virtutis magis de vaporib⁹ eleuat q̄ possit consumere. Unde aerem non serenat et non est dies.

63 ¶ Directo horizonte littera perspicua est. Quid autem sub polo iaceat: nondū memorie proditū est.

¶ De diuisione climatum. Cap. decimum.

¶ Imaginet̄ autē quidā circul⁹ ī supficie terre direct⁹ suppositus eq̄noctiali. Intelligat̄ ali⁹ circul⁹ in supficie terre trāsiens per orientē et occidētem ⁊ p polos mundi. Isti duo criculi intersecant sese in duobus locis ad angulos rectos spherales: et diuidūt totam terrā in quattuor quartas. quarū vna est nostra habitabilis: illa scilicet que intercipitur inter semicirculum ductum ab oriēte/in occidentē per polum arcticum. Nec tamen illa

quarta tota est habitabilis: quoniã partes illius propinque equinoctiali inhabitabiles sunt ꝓpter nimiũ calorẽ. Similiter partes eius propinqne polo arctico: inhabitabiles sunt propter nimiã frigiditatẽ. Intelligatur ergo vna linea equidistãs ab equinoctiali diuidẽs partes quarte inhabitabiles ꝓpter calorẽ: a partibus habitabilib⁹ q̃ sunt versus septentrionẽ. Intelligatur etiã alia linea eqdistans a polo arctico diuidens partes quarte inhabitabiles q̃ sunt versus septentrionẽ: propter frigus a partibus habitabilibus q̃ sunt versus equinoctialẽ. Inter istas etiã duas lineas extremas intelligãtur sex linee paralelle eqnoctiali: q̃ cũ duab⁹ prioribus diuidũt partẽ totalẽ quarte habitabilem in septẽ portiones q̃ dicunt septẽ climata. ¶ Dicit autẽ clima tãtũ spaciũ terre per q̃tum sensibiliter variat horologiũ. Idem nãq; dies estiuus aliquãtus q̃ est in vna regione: sensibiliter est minor i regione propiquior austro. Spacium igitur tantũ quãtũ incipit dies idẽ sensibiliter variari: dicitur clima. Hec est idẽ horologiũ cum principio et fine huius spacy obseruatũ. Hore enĩ diei sensibiliter variãtur: quare et horologium ¶ Mediũ igitur primi climatis est vbi maximi diei ꝓlixitas est 13 horarum: et eleuatio poli mũdi supra circulũ hemisperij gradibus 16. Et dicit clima dia Meroes. Initium eius est vbi diei maioris ꝓlixitas est 12 horaꝝ: ⁊ dimidie ⁊ quarte vnius hore: ⁊ eleuatur polus supra horizontẽ gradibus 12 et dimidie ⁊ quarte vnius gradus. Et extendit ei⁹ latitudo vsq; ad locũ vbi lõgitudo prolixioris diei est 13 horarũ et quarte vni⁹ ⁊ eleuat polus supra horizontem gradibus 20 et dimidio q̃ spaciũ terre est 440 miliaria. ¶ Mediũ aũt secũdi climatis est vbi maior dies est 13 horarũ ⁊ dimidie ⁊ eleuatio poli supra horizontẽ 24 graduũ et quarte partis vni⁹ grad⁹. Et ꝯ clima dia Syenes. Latitudo vere ei⁹ est ex termino primi climatis vsq; ad locũ vbi fit dies ꝓlixior 13 horarũ et dimidie et quarte partis vni⁹ hore et eleuat polus 27 gradib⁹ et dimidio ⁊ spacium terre est 400 miliariorꝝ. ¶ Mediũ tertij climatis est vbi fit lõgitudo prolixioris diei 14 horarũ et eleuatio poli supra horizõtẽ 30 graduũ et dimidij et quarte vni⁹ ꝑtis. Et ꝯ clima dia Alexandrias. Latitudo eius est ex termino secundi climatis vsq; vbi prolixior dies est 14 horarũ et quarte vni⁹ ⁊ latitudo poli 35 graduũ et duarũ tertiarũ q̃ spaciũ terre est 350 miliariorꝝ. ¶ Mediũ quarti climatis est vbi maioris diei prolixitas est q̃tuordecĩ horarũ et dimidie et axis latitudo 36 graduũ et duarũ q̃ntarũ. Et dicitur dia Rhodõ. Latitudo ꝯo ei⁹ ex termino tertij climatis vsq; vbi prolixitas maioris diei est 14 horarũ et dimidie ⁊ quarte ꝑtis vni⁹ eleuatio aũt poli 39 graduũ q̃ spaciũ terre est 300 miliariorũ. ¶ Mediũ q̃nti climatis est vbi maior dies est 15 horarũ ⁊ eleuatio poli 41 gradus et tertie vnius. Et ꝯ clima dia Rhomes. Latitudo vero ei⁹ est ex termino quarti climatis vsq; vbi prolixitas diei fit q̃ndecim horarũ et q̃rte vni⁹ et eleuatio axis 43 graduũ et dimidij q̃ spaciũ terre est 255 miliariorꝝ. ¶ Mediũ sexti climatis est vbi prolixior dies est q̃ndecĩ horarũ et dimidie: eleuat polus supra horizõtẽ 45 gradib⁹ ⁊ duabus q̃ntis vni⁹. Et dicit clima dia Bozisthenes. Latitudo ꝯo ei⁹ est ex t̃mino quĩti climatꝭ vsq; vbi lõgitudo diei ꝓlixior est quĩdecĩ horaꝝ et dimidie ⁊ q̃rte vni⁹ ⁊ axis eleuatio 47 graduũ et quarte vni⁹ q̃ distãtia terre est 212 miliariorꝝ. ¶ Mediũ aũt septimi climatis est vbi maior prolixitas diei est sexdecĩ horarũ et eleuatio poli supra horizõtẽ 48 graduũ et duarũ tertiarũ. Et dr clima dia Ripheon. Latitudo ꝯo ei⁹ est ex termino sexti climatis vsq; vbi maxima dies est sexdecĩ horarũ et q̃rte vni⁹ ⁊ eleuat pol⁹ mũdi supra horizõtẽ 50 gradib⁹ ⁊ dimidio q̃ spaciũ t̃re est 185 miliariorꝝ. ¶ Vltra aũt hui⁹ septimi climatis terminũ licꝫ plures sint ĩsule et hoiꝫ habitationes q̃cq̃d tñ sit quoniã praue est habitationis sub climate nõ ꝓputat. Dis itaq; ũter terminũ ũtimalẽ climatũ ⁊ finalẽ eorũdẽ diuersitas ẽ triũ horaꝝ ⁊ dimidie ⁊ ex eleuatiõe poli supra horizõtẽ 38 graduũ. ¶ Sic igit patet vniuscuiusq; climatꝭ latitudo a pricipio ipsi⁹ ꝯsus eqnoctialẽ: vsq; in finẽ eiusdẽ ꝯsus polũ arcticũ: ⁊ q̃ primi climatꝭ latitudo est maior latitudine secũdi et sic deinceps. Lõgitudo aũt climatis potest apellari linea ducta ab oriente in occidentẽ eqdistans ab equinoctiali. Vnde lõgitudo primi climatis est maior lõ-

gitudine secundi: ⁊ sic deinceps quod contingit propter angustiam sphere.

26 ¶ Clima interpretatur regio. At hic clima spacium terre inter duas equidistantes interceptū appellatur: in quo porrectissime dici ab initio climatos ad finem vsqꝫ est dimidie hore variatio sumptum in ea terre ab austro ad arctum versus intercapedine / qua polus boreus eleuatio est graduum 50 et minutorum 30 sūmissior atqꝫ depssior graduum 12 et minutorum 45. et ponuntur septem que sua nomina ab insigni aut vrbe aut fluuio aut monte sortita sunt: quorum per ordinem hic adiecta sunt nomina.



63 A equinoctialis — Clima p Rhomā — f o
Clima p Meroē — b k — Clima p Boristhenē — g p
Clima p Syenen — c l — Cli. p ripheos mōtes — h q
Clima p alexādriā — d m — R circulus boreus
Clima p Rhodon — e n — T polo boreo punctus subiectus.

Et est meroe: Africe ciuitas in torrida zona citra equatorem 16 gradibus sita. Syene prius dicta est vrbs egypti: prouincie thebaidos principiū. Alexandria: vrbs insignis africe ab alexandro condita et metropolis egypti. Rhodus: asie minoris insula / que et sui nominis in ea sitam nostra tēpestate claram ciuitatē habet fortiter turcarum efferos / bellicosqꝫ ipetus sustinētem atqꝫ profligantē generosissime. Rhoma vrbs Europe notissima iter italicas maxime clara et insignis olim gentium domitrix orbisqꝫ caput: nunc patris patrū maximi sedes atqꝫ locus. Boristhenes eiusdē sarmatie magnus scitharum fluuius quartus ab istro. Riphei montes in sarmatica europa insignes sunt: ppetua niue candētes. Et ab his insignibus locis per que ferme climatū linee medie transeunt sua nomina sortiuntur. que auctor potius greco sermone qꝫ latino expressit. Dya enim apud grecos per significat / genitiuoqꝫ iungitur: idcirco illa in littera duobus nominibus secundū grecam formā sunt emendata. sed de his hactenus. Et climatū ex determinatione littere constituenda est tabula: que vnu scuiusqꝫ climatis distantiā horariam / et poli borei in sui principio / medio et fine eleuationes et latitudinis climatis distantiam demonstret. que fiat hoc pacto.

	Princi.		Medii.		Finis			Principiū		Medium.		Finis.		Stadia.
64	Do.	Mi.	Do.	Mi.	Do.	Mi.		Gra.	Mi.	Gra.	Mi.	Gra.	Mi.	
	12	45	13	0	13	15		12	45	16	00	20	30	5425
1	13	15	13	30	13	45		20	30	24	25	27	30	4900
2	13	45	14	30	14	15		27	30	30	45	33	40	4316
3	14	15	14	30	14	45		33	40	36	24	39	00	3733
4	14	45	15	00	15	15		39	00	41	20	43	30	3150
5	15	15	15	30	15	45		43	30	45	42	47	15	2625
6	15	45	16	00	16	15		47	15	48	40	50	30	2275
7	Distantia horaria							Latitudo poliqꝫ borei eleuatio.						

Hec rhomana stadia sunt latitudinis interuallorum inter initia ⁊ fines climatū intercepta.

¶ Huius linee prima linea est primi climatis: secunda secundi ⁊ ita deinceps. Cum itaqꝫ de quocūqꝫ loco (cuius latitudo nota est) scire desideras cuius sit climatos: cōsidera eius latitudinē / et si eam reperis infra limites eleuationū poli borei: principio et fini primi climatis addictarū in primo climate sita est. si infra limites eleuationū principij et finis secundi: est in secundo et ita deinceps. vt verbi causa opto cognoscere cuius climatis sit hierosolyma comperio in tabula longitudinum et latitudinum in fine cōmēti quarti cap. secundi superius adiecta: eius latitudinem esse gradus 31 et minuta 20. et quia cōtinetur ifra limites eleuationū poli principij ⁊ finis tertij climatis: cognosco hierosolymā esse in tertio climate et circa finem. et si respicio ad primā partem tabule cognosco longissimam anni diem illic esse horarum 14: et minutorum ferme 45. Immo vero accepta ptolomei cosmographia de vnoqꝫ locorū facile cognoscas cuius sit climatis. Nam ad fines locorꝫ numerorꝫ qui in ea scribūtur duo priores qui ad sinistrā vergunt longitudinem eorum ab occidente designant. et duos posteriores latitudinem ab equatore: que eleuationi poli equa esse monstrata est et duorūpriorū prior gradus / posterior partes graduū longitudinis. itidem duorum posteriorū prior: gradus / posterior vero partes graduum latitudinis / eleuationisqꝫ poli declarant. Sed quia tantum de climatum deprehensione sermonis protraximus non scitu indignum videatur que celestia sydera per climata transeāt dignoscere: qd et ꝑus apud grecos Hipparcus factitasse comperitur hinc sumentes exordium.

Per principium primi climatis transit serpens ophiuchi fere medius.
Per medium primi climatis transit caput Engonasis et stelle delphinis.
Per finem primi climatis transit crus Bootis / brachium dextrum Genu nixi et pes dexter Ophiuchi.
Per pricipiū scōi climatis trāsciūt eadē. Per mediū secūdi climatis trāsit humerus dexter Engonasis / caput serpētis Ophiuchi et caput et pes sinister Pegasi. Per finē secūdi climatis trāsit brachiū sinistrū Genu nixi et rostrū Ligni. Per principiū tertij climatis transeūt eadē. Per mediū tertii climatis transit dextra manus Arcturi / Corona Ariadnes et brachiū sinistrū Engonasis. Per finē tertii climatis trāsit coxa sinistra Genu nixi et pars lyre. Per principium quarti climatis transeunt eadē. Per mediū quar-

ti climatis transit pes posterior Elices: Coxe bootis| Corona ⁊ sinistra coxa Anguiferi. Per finē quarti climatis trāsit eadē coxa anguiferi sūmitas fidicule et ala sinistra Holoris. Per principiū quinti climatis trāsceūt eadē. Per mediū quinti climatis trāsit pectus Holoris/et caput medusē. Per finē quinti climatis transit hastile Bootis: extremitas ale sinistre Cigni/ sinistrū brachiū persei/ ⁊ dexter humerus aurige. Per principiū sexti climatis trāseūt eadē. Per mediū sexti climatis trāsit humer⁹ sinister Arctophilacis/ et crus persei dextrū/ ⁊ capra Erichthonij. Per finem sexti climatis trāsit caput arcturi: genu sinistrum Engonasis/ et latus sinistrum persei. Per principiū septimi climatis transeunt eadē. Per mediū septimi climatis tansit extremitas hastilis bootis: extremitas claue Engonasis/ cauda Holoris/ et genu dextrū persei. Per finem septimi climatis transit pes dexter Cigni: humerus sinister persei/ ⁊ humerus dexter. Ophiuchi. Per circulū boreum trāsit caput parrhasie vrse: vicina polo est extremitas caude Cynosurē. Sed de his tanta dicta sint abunde.

¶ Astronomici introductorij de sphera tertij finis.

¶ Quartus liber de circulis et motibus planetarum: et de causis eclipsiū solis et lune/ et primo de circulis et motibus planetarum. Cap. primum.

Otandū q̄ sol habet vnicū circulū p quē mouet in superficie linee eclyptice: ⁊ est eccētricus. Eccētricus quidē circulus dicit nō ois circul⁹: sed solū talis qui diuidens terrā ī duas partes equales/ nō habet centrū suū cū cētro terre sed extra. Pūctus in eccētrico q̄ maxime accedit ad firmamentū: appellat aux qō iterpretat eleuatio. Pūctus vero oppositus qui maxime remotionis est a firmamēto: dicit oppositū augis. ¶ Solis autē ab occidēte in orientē duo sunt motus: quorū vnus est ei ꝓprius ī circulo suo eccētrico quo mouet ī omni die ac nocte 60 minutis fere. Alius vero tardior est motus sphere ipsius supra polos axis circuli signorū: et est eqlis motui sphere stellarum fixarū. s. in 100 ānis gradu vno. Ex his itaq̄ duobus motibus colligit cursus eius ī circulo signorū ab occidēte ī orientē: per quē abscindit circulū signorū in 365 diebus/ et q̄rta vnius dici fere cp̄ter rem modicā quē nullius est sensibilitatis. Quilibet autē planeta tres habet circulos p̄ter solē: scilz equantē/ deferentē/ et epiciclū. Equās quidē lune est circulus cōcētricus cū terra/ et est ī supficie eclyptice. Eius vero deferēs est circulus eccētricus/ nec est in supficie eclyptice: imo vna eius medietas declinat versus septētrionē/ altera versus austrū/ et intersecat deferēs equantē in duobus locis. Et figura intersectionis appellat draco: quoniā lata est in medio/ et angustior versus finē. Intersectio igit illa p quā mouet luna ab austro in aquilonē: appellat caput draconis. Reliqua vero intersectio per quā mouet a septētrione in austrū: dicitur cauda draconis. Deferētes quidē et equātes cuiuslibet planete sūt equales. ¶ Et est sciendū q̄ tam deferēs q̄ equās: saturni/ iouis/ martis/ veneris/ ⁊ mercurij sunt eccētrici/ et extra supficiē eclyptice/ et tamē illi duo sunt in eadē superficie. Quilibet etiam planeta p̄ter solem habet epiciclū. Et est epiciclus circulus paruus per cuius circunferentiam defertur corpus planete: et centrū epicicli semp deferet in circunferentia deferentis.

Figure circulus interior: eccētricus sol. Pūctū ī diametro media supr⁹: centrū eccentrici. Punctū submissus in eadem diametro: centrum mundi. Pūctū summū ī diametro ⁊ circūferētia eccētrici: absis summa solis. Pūctū imū ī eadē diametro ⁊ eccētrici circūferentia: absis ima oppositumq̄ augis solis. Circul⁹ exterior: circul⁹ concētricus

¶ Circulus cōcentricus est qui terrā in duo equa partiri intellectus: centrū suū idē cū centro terre habet. centrū terre: centrū mundi intelligimus. Circulus eccentricus est qui terrā in duo equa partiēs cētrū suū cū centro terre nō habet: sed extra. Et intelligit talis circulus esse superficies plana cuius circūferentia in celo est et eius planicies ab illa circūferentia deorsum tendens omīa subiecta secat corpora. haud secus q̄ si ligneā pilā per mediū secari ītelligas/ sector erit circulus. imo vero si media discōtinuari fingas: cōtinuis duobus circulis planis hinc atq̄ hinc disiuncta intelligas. hocpacto cōcentricos: eccentricosq̄ auctoris circulos/ ītelligere oportet. Supficies ecliptice plana esse ītelligit: ⁊ eadē esse supficies ab eclyptica p subiectos celestes globos: elemētaq̄ ⁊ terrā porrecta/ cui⁹ circūferētia est linea eclyptica/ et centrū est centrū mūdi/ ⁊ de eclyptica octaue sphere dicta intelligas. et est illa eclyptice supficies ab octauo celesti globo quasi mundi sector.

¶ Circulus eccētric⁹ sol: est cui⁹ circūferētia ꝓpria deferētis reuolutiōe centrū solis in supficie eclyptice describit/ et is circulus semp est pars supficiei eclyptice: et cōtinue ī eius circūferētia cētrū corpis solaris reuoluit.

¶ Absis summa eccētrici solis: est pūctus circuli eccētrici solis a terra remotissimus. Absis autē ima: dicitur eiusdē eccētrici pūctus terre ꝓpinq̄ssimus. Absis summa solis: ab auctore aux/ ⁊ absis ima/ oppositū augis nominatur. ¶ Sol motu ꝓprio regulariter sup centrū eccentrici: circūferētie eius minuta 59 et secūda 8 fere quotidie absoluit: quem etiam per accidens segnis/ pigraq̄ suo motu octaua sphera secum segniter rapit/ quēadmodum primus celestium mobilis globus/ sua vertigine omnes sibi subiectos globos secum ocyssime/ rapidissimeq̄ contorquet. et vt fert



auctoris opinio Ptolomei auctoritate freti: eccentricus solis circulus ad motū octaui circuli ī cētū ānis vnū gradū cōficit. sed nōdū videt (vt iā dictū est) satis suo tēpore exploratū habuisse motū accessiōis recessiōisq; octaui circuli ex descriptiōe puoq; circuloq; a duob⁹ pūctis ecliptice octaui sphere (q̄ dicūt capita arietis et libre) circa capita arietis et libre ecliptice none sphere. sed id āplius demōstrare i theoricis opportunior videt relictus esse locus. Circulus deferēs centrū cuiuscūq; planete superficies plana eccētra vt eccētricus solis itelligit. ¶ Circulus eccētricus lune est circulus eccētricus cuius circū ferētiā, ppto motu deferētis epiciclū lune: centrū epicicli lune describere itelligit. ⁊ intersecat is circulus eccentricū solis in pūctis oppositis declinatq; eius vna medietas ad arctum et altera ad notum.

6 ¶ Epiciclus lune est spherula in spissitudine orbis lune circa ppriū centrū semp in eccentrici circunferentia locatū cōtinue reuoluta. Sed a puncto ex parte oriētis ysus occidētis punctū hec cōtinua epicicli reuolutio facta itelligit: ⁊ i epiciclo est corp⁹ lune fixū/ferturq; ad epicicli motū. Quo fit vt luna duas causas habeat cur sit interdū vicinior/interdū vero a terra semotior. prima est cū fuerit ī ima abside circuli eccētrici: altera cū fuerit ī ima pte sui epicicli ad motū q̄dē et eccētrici deferētis/et epicicli. At si et in imo epicicli et ima abside eccētrici ferret: terris nunq; esse posset vicinior. si autē in vtriusq; summo nūq; semotior. alias autē vbicunq; aut vicinior aut semotior esse potest.

7 ¶ Equās lune est circul⁹ pcētricus ī superficie ecliptice situs eccētrico lune eqlis. vnde fit vt equās lune sit pars circuli eccētrici solis: supcuius cētrū mouet regularit cētrū epicicli. Est enī cuiuslibet equātis officiū: vt sup ei⁹ cētrū regularit moueat cētrū epicicli. et eccētric⁹ lune ⁊ eius equās ī duobus oppositis pūctis sese intersecāt: ita vt vna eccētrici lune medietas ad polū boreū/et altera ad austrum declinet.

8 ¶ Draco lune est figura intersectionis eccentrici et equantis lune. Caput draconis lune est alter punctorū intersectionū eccētrici et equātis lune: in quo dū fuerit luna ab eodē tēdit in septētrionē: Cauda draconis lune est alter pūctorū intersectionū: in quo dū fuerit luna/ab eodē meat ī austrū. ¶ Et notat auctor quēlibet planetarū (sole excepto) circulū eccētricū/epiciclū/⁊ equātē habere. soli aūt neq; epiciclo neq; equāte opus esse. et facile eccētrici et epicicli alioq; ex his que modo dicta sunt diffinitiones elicias equantiū autē norma ex theoricis querēda est. Epicicli tamē superiorū vario q̄ lunaris epiciclus modo cōuertūtur. Hinc fit vt luna sui epicicli fastigiū tenēs ī zodiaco tarda videat: in imo vero celeriuscula. ceteri aūt planetarū epiciclū habentiū cōtra: et q̄ auctor addit q̄ tam deferens q̄ equans Saturni/Jouis/Martis/Veneris et Mercurij sint eccentrici et extra superficiē ecliptice. at tamē singuli quiq; illorū duo sint in eadē superficie: hoc asserit alphraganus sed hec pro nostre introductionis officio nunc sufficere vident. que enī exactiora requirerent ex theoricis altius repetēda essent: neq; profecto circulos concētricos/eccētricosq; ponere sufficeret/sed ⁊ orbes pcētricos eccētricosq; adinuicē attiguos: quēadmodū Purbatiana docet theorica. Iuuabunt tamen que hic aducta sunt ad eorum facilem intelligentiā capescendam.

Motula alba intra circulū submissior cētrū mundi.

¶ Motula superior cētrū eccētrici deferentis lune.

Vbi circul⁹ superior deferēs eccētric⁹ lūe

Ab: circulus submissior circulus equans lune.

A pūct⁹ itersectiōis caput draconis lune

B itersectionis punctus cauda draconis lune.

A punct⁹ orientis.

B cētr⁹ mūdi

C pūct⁹ occidentis.

D prīa statio et planeta in ea stationari⁹

E directio: ⁊ planeta directus.

F scōa statio et planeta in ea stationari⁹

Pūct⁹ ⁊ motula nigra b ys⁹ retrogradatio et planeta retrogradus.

a De eccētricus deferēs epiciclum.

D ef spherula tota epiciclus.

Motule nigre in sūmo: imo et lateribus epicicli planeta pter solem aut lunā q̄cunq;.

¶ De statione/directione/et retrogradatione. Cap. secundum.

¶ Si igitur due linee ducant a cētro terre: ita q̄ icludāt epiciclū alicuius planete/vna ex parte oriētis: reliqua ex parte occidētis: pūctus cōtactus ex pte oriētis dicit statio prīa. punctus vero cōtactus ex pte occidētis dicit statio scōa. et quādo planeta est ī alterutra illaq; stationū: dicit stationari⁹. Arcus vero epicicli superior iter duas stationes intercep-tus: dicit directio. et quādo planeta est ī illo. tūc dicit direct⁹. Arcus vero epicicli inferior inter duas stationes intercept⁹/dicit retrogradatio et planeta ibi existēs/dicit retrogradus. Tunc aūt nō assignat statio directio vel retrogradatio. Ēlū nō dicit luna stationaria directa vel retrograda p̄ pter velocitatē motus eius in epiciclo.



9 ¶ Statio prima est pūctus epicicli ex pte oriētis sumptus ī cōtactu linee a cētro terre p circūferentiā eccētrici educte epicicli circūferētiā cōtingētis: i quo dū fuerit planeta stare videt. ¶ Statio scōa est punct⁹ epicicli ex pte occidētis sūptus: in cōtactu linee a cētro terre p eccētrici circunferētiā c educte et epicicli circunferētiā cōtīgentis: in quo dū fuerit planeta stare videt. et due ille linee a centro terre vtrinq; orientē occidentēq; versus eiecte claudunt epiciclum.

10 ¶ Planeta stationarius dicit cum i alterutro illoq; punctorum fuerit: quod stare sub signifero videatur.

11 ¶ Punctus directiōis q̄ et directio: est pūctus epicicli i sūmo epicicli ab vtraq; statiōe eq̄distās: i quo dū fuerit planeta sub signifero veloci⁹ moueri videt. ¶ Punct⁹ retrogradationis q̄ et retrogradatio dicit: est punct⁹ in imo epicicli ab vtroq; punctoq; stationū eq̄distās: quē cū planeta sui epicicli motu assequit sub signifero circulus retroperare puertiq; videt: ⁊ ad signū a quo iā egressa est mutato recte incessionis motu reproperare. et hec duo pūcta clare per lineā a cētro terre per

centrum epicicli eductā ꝓcipiunt. Mā sūmus illius linee in circūferētia epicicli cōtactionis pūctus directio: imus vero retrogradatio est/ suntq; hi tanq; due ipsius epicicli absides.

¶ Arcus directiōis q̄ et directio etiā ab auctore dr̄: est arcus epicicli supior inter duas stationes interceptus. Arcus vero retrogradatiōis q̄ et retrogradatio/ est arcus epicicli iferior inter duas statiōes iterceptus. homonyma ergo directio ⁊ retrogradatio. ¶ Planeta directus dicit: cū in directiōis pūcto fuerit. 13
Retrogradus vero: dū fuerit ī retrogradatiōis pūcto. Quo fit vt epiciclus lune statiōes eiusdē directionē et retrogradationē nō habeat. Mā suo hoc pacto duabus lineis vtrinq; cōcluso/ interceptoq; epiciclo non idcirco si luna in alterutro illoꝝ punctoꝝ fuerit: tū sub signifero stare videat quasi sui motus oblita. et si in apice/ suminoq; sui epicicli pūcto fuerit: nō idcirco sub signifero motū citare ac accelerare videbitur. quintmo q̄q; prius segniuscula videt. is ergo summus sui epicicli vertex directio nō erit. Itē et si imū sui epicicli pūctū teneat: nō ideo ī signū a quo iā exijt via zodiaci qua exierat: retro ꝓperabit/ vex q̄si negociū aliquod vrgeat recto ꝓcessiōis calle ꝓcedere adfestinat: et signū qd iā exijt velocius fugit: nō ergo is pūctus retrogradatiōis erit. Bono iure tamē dicit luna ⁊ velox cursu atq; tarda: velox q̄dē/ ꝓcepsiq; cū in imo sui epicicli fuerit/ tarda vero cū fuerit in sūmo opposito quoq; q̄q; alii planete modo.

¶ De eclypsi solis et lune. Cap. tertium.

¶ Cū autē sol sit maior terra necesse est q̄ medietas sphere terre admin⁹ a sole semp illuminet: et vmbra terre extēsa in aere tornatilis minuat in rotūditate/ donec deficiat in supficie circuli et signoꝝ īseparabilis a nadir solis. Est autē nadir solis punctus directe oppositus soli ī firmamēto. Unde cū in plenilunio luna fuerit ī capite vel ī cauda draconis sub nadir solis: tunc terra īterponetur soli et lune. Unde cū luna lumen non habeat nisi a sole: in rei veritate deficit a lumine. Et est eclypsis generalis in omni terra: si fuerit in capite vel ī cauda draconis directe. Particularis vero eclypsis si fuerit ꝓpe vel īfra metas determinatas eclypsi. Et semp ī plenilunio vl̄ circa cōtigit eclypsis. Unde cū in q̄libet oppositione hoc est ī plenilunio nō sit luna in capite vel cauda dracōis nec supposita nadir solis: nō est necesse ī q̄libet plenilunio pati eclypsim/ vt ptz ī p̄senti figura q̄ subseqt̄. Cū aūt fuerit luna ī capite vel cauda draconis vel ꝓpe metas suprādictas: et ī cōiūctiōe cū sole/ tūc corpus lune īterponet īter aspectū nostrū ⁊ corpus solare. Unde obūbrabit nobis claritatē solis/ et ita sol patiet eclypsim nō qr deficiat lumine sed deficit nobis ꝓpter interpositionē lune īter aspectū nostrū et solē. Ex his patet q̄ nō semp est eclypsis solis ī cōiūctione siue ī nouilunio. ¶ Notandū etiā q̄ quādo est eclypsis lune/ est eclypsis in oī terra: sed quādo est eclypsis solis nequaq;. imo in vno climate est eclypsis solis et in alio nō/ quod cōtingit propter diuersitatē aspectus in diuersis climatibus. Unde Virgilius elegantissime naturas vtriusq; eclypsis sub cōpendio tetigit dicens.

Defectus lune varios solisq; laborēs.

Ex predictis patet q̄ cū eclypsis solis esset in passione dñi/ et eadē passio esset in plenilunio/ illa eclypsis solis nō fuit naturalis imo miraculosa cōtraria nature: qr eclypsis solis in nouilunio vel circa debet cōtingere. propter qd legit Dionysiū ariopagitā in eadem passione dixisse. Aut deus nature patitur aut tota mundi machina dissoluitur.

¶ Sol maior terra: cēties sexagies sexies perhibet. Nadir vocāt pūctū pūcto vbilib et oppositū. Pūcta 14
opposita intelligunt q̄ linee p cētrū orbis vtrinq; ad eius circumferentiā eiecte: sunt extrema. Pūctum centro solis oppositū semp opacitatis terre vmbra comitat: vbi sc̄z conus eius attingit. si verū est conū vmbre terre a superficie terre distare: quātū est semidiameter tre ducēties septuagies sexies sūpta. 276
Lunā minorē esse terra mathematici volūt. Et hac quoq; de causa solē omnino terris luna suo interuētu adimere nō potest. terra autē ītercepta oīno solis radios: lune sufficit adimere vt luna extincte faci/ extīctoq; globo similis sui orbis obscuritate mortalibus nōnūq; terrificos mētiat metus/ quasi lucis beneficium posterius terris sit negatura. Sed quia superius acceptū est solem maiorem esse terra et lunā esse minorē: idcirco nō dissentaneū esse videatur hoc in loco planetarū et stellarū magnitudines discutere in qua re faciendā Alphraganus Thebiciusq; hac hypothesi vsi videntur vt que ꝓportio cubi ad cubū sit ea sit globi ad globū. Ex suis ergo hypothesibus planetarū et stellarū/ cubicas magnitudines ad cubum terre discernemus hoc pacto.

¶ Diameter terre cōtinet ter diametrū lune et duas eius quītas. estq; ꝓportio diametri terre ad diametrum lune vt 17 ad 5: tripla scilicet supbipartiēs quītas. ¶ Cubus 17 est 4913 et cubus 5 est 125 subducto ergo quoties id potest: minori cubo qui est lune a maiori qui est cubus terre cognoscitur cubi ad cubum ꝓportio/ et quanto terra maior est luna. est ergo terra tricesies nouies maior luna. insup paulo plus eius triente cōtines 39 et centenarū vicesimarūq; quintarum. 58

¶ Diameter terre ꝓtinet diametrū Mercurii vicies octies. estq; ꝓportio diametri terre ad diametrū mercurii vt 56 ad 2: vigecupla octupla. Cubus mercurii 8: cubus terre 17 56 16/ ꝓtinet ergo terra mercurium vicies semel millies nōgies quinquagies et bis. 21952.

¶ Diameter terre cõtinet diametrũ Veneris ter et eius vnã tertiã. estq; ꝓportio diametri ad diametrũ vt 10 ad 3: tripla sesquitertia. ¶ Cubus Veneris 27 cubus terre 1000. cõtinet ergo terra venerẽ tricesies septies et vnius illarum partiũ vnã vicesimã septimã. estq; venus tricesima septima pars terre. 37

¶ Diameter solis cõtinet diametrũ terre quiqies ⁊ semissẽ. estq; ꝓportio vt 11 ad 2: quitupla sesqualtera. ¶ Cubus solis 1331 cubus terre 8 maior est ergo sol q̃ terra centies sexagiessepties insuper tres octauas partiũ terre cõtinens que est pars semisse minor et triente maior. 167 et octauarum 3

¶ Diameter Martis cõtinet diametrũ terre semel et sextã eius. estq; ꝓportio vt 7 ad 6: sesquisexta. ¶ Cubus Martis 343. cubus terre 216 cõtinetq; mars terrã semel et dimidiũ ⁊ decimã tertiã ferme.

¶ Diameter Iouis cõtinet diametrũ terre quater et dimidiũ ⁊ vnã decimã sextã estq; ꝓportio vt 73 ad 16 quadrupla supnonuptiẽs decimassextas. ¶ Cubus Iouis 389017. cubus terre 4096. cõtinet itaq; Iouis crassitudo crassitudinẽ terre nonagiesquiquies: deest paulominus vna quadragesima. 55

¶ Diameter Saturni cõtinet diametrũ terre quater et dimidiũ. estq; ꝓportio diametri ad diametrũ vt 18 ad 4: quadrupla sesqualtera. Cubus saturni 5832 cubus terre 64 saturnus ergo cõtinet terrã nonagies semel et vnam octauam. 91

¶ Diameter stellarũ prime magnitudinis continet diametrũ terre quater et eius dodrantẽ. estq; ꝓportio diametri ad diametrũ vt 19 ad 4 quadrupla supertripatiens quartas.

¶ Cubus stellarum prime magnitudinis 6859. cubus terre 64. cõtinet ergo crassitudo stelle p̃me magnitudinis crassitudinẽ terre cẽtiessepties et ferme sextam vnius. 107

¶ Diameter stellarũ scõe magnitudinis cõtinet diametrũ terre quater et vigintinouẽ sexagesimas. estq; ꝓportio diametri ad diametrũ vt 269 ad 60. ¶ Cubus stellarũ scõe magnitudinis 19465109 cubus terre 216000 cõtinetq; stella scõe magnitudinis terrã nonagies pauloplus vna octaua. 90

¶ Diameter stellarũ tertie magnitudinis cõtinet diametrũ terre quater et vnã octauã. estq; ꝓportio vt 33 ad 8: quadrupla sesquioctaua. ¶ Cubus stellarũ tertie magnitudinis 35937. Cubus terre 512 cõtinet ergo crassitudo stelle tertie magnitudinis crassitudinẽ terre septuagies et ferme vnã quintã. 70

¶ Diameter stellarũ quarte magnitudinis cõtinet diametrũ terre ter et decẽ decimas tertias fere. estq; ꝓpinqua proportio diametri ad diametrũ vt 49 ad 13: tripla superdecupertiens decimas tertias.

¶ Cubus stellarum quarte magnitudinis 117649 Cubus terre 2197. continet ergo crassities stelle quarte magnitudinis crassitiem terre quinquagiesquater. 54

¶ Diameter stellarũ quite magnitudinis cõtinet diametrũ terre ter et fere quattuor quidecimas. estq; ꝓpinqua ꝓportio vt 49 ad 15: tripla supquadriptices decimas quitas. ¶ Cubus stellarũ quite magnitudinis 117649. Cubus terre 3375. cõtinetq; stella quite magnitudinis terrã trigesies quiquies 35

¶ Diameter stellarũ sexte magnitudinis ꝓtinet diametrũ terre bis et dimidiũ ⁊ fere tres tricesimassecũdas. estq; ꝓpinqua ꝓportio diametri ad diametrũ vt 83 ad 32. ¶ Cubus stellarum sexte magnitudinis 571787. Cubus terre 32768 ꝓtinetq; stella sexte magnitudinis terrã decieseocties 18 et illi⁹ magnitudinis stelle (auctore Alphragano) minime sunt: que obtutibus sese ingerãt humanis. Sed de his abũde: nunc ad deliquia determinationem reuocemus.

¶ Eclypsis lune quam ⁊ lune deliquium: defectũq; nuncupamus: est de-
15 fectus luminis in luna ex terre inter solem lunãq; interuentu prouenien-
et cõtingit semper in plenilunio dũ sol et luna sub eclyptica in punctis op-
positis feruntur: vt vnũ cum capite alterũ vero cum cauda draconis lune
vel prope. ¶ At si centrũ lune in oppositione eius ad solem in capite vel
cauda draconis fuerit: omnimodo lumine priuata deficiet et vniuersale
16 deliquium dicetur. Si vero iuxta fuerit infra limites metasq; eclypsi de-
signatas: pars eius nunc maior nunc minor tetras patietur tenebras non
tamen vbiq; gentium id patietur. diceturq; idcirco non ab re particula-
ris eclypsis. Et quia luna non in omni oppositione ad solem (que mẽsura
existit) est in capite aut cauda aut intantula ad illa puncta vicinia que de-
fectui debita sit: idcirco non statisunt et menstrui (hoc est determinatiet
singulo quoq; mense) lunares defectus.



A sol: patiẽs deliquium.
B luna: ĩter solẽ et aspectus nostros
C terra.
D luna: deliquiũ patiẽs.

¶ Eclypsis solis que et eius deliquium nominatur: est luminis solaris a nostro aspectu substractio ob
corporis lune: solis inter illustre iubar: nostrosq; obtutus interuentũ prouenien. neq; vbiuis gentium
17 id patitur sol: verũ dũtaxat apud eos inter quorũ obtutus et solem luna intercepta solis radios adimit
intercipitq; ne ab eis percipi valeant: qui ijdem credunt partẽ solis tenebricosam esse: decepti quidẽ q̃
lune corpus opacum interceptum percipiant. non enim sol suo vnq̃ capit̃/spoliaturq; lumine: nisi q̃tum
memorie proditum est sub Tiberio Cesare semel in oppositione ad lunã: qui in horrendas versus tene-
bras pariter et luna: terrifica mortalibus sese prebuerũt spectacula. visus tũc est sol pullo colore obscu-
18 ratus/ suũ auctorem lugere: qui tũ hierosolymis fragilis/caduce mortalisq; vite patiebat̃ deliquiũ: quo
nos omnes ĩmortali indeficiẽteq; vite lumine donaret. Quod diuus Dionysius Ariopagita philoso-
phus: in liberalibus disciplinis tũ nõ ignobiliter eruditus Athenis percipiens multa religionis pietate
viso portento territus exclamat: aut deus nature patitur: aut mundi machina dissoluitur.

¶ At q; nũc de diuo Dionysio sermo incidit: is a Paulo Athenis ad ꝓfitatis lumẽ cõuersus Paulũ ⁊ hie
rotheũ diuĩos p̃ceptores habuit: fctũs diuiu⁹ Theologus: diuinisq; illuĩatiõibus freq̃nt̃ illustrat⁹ theo-
19 logiã scriptã reliq̃t. Ad gallos missus est apl'us religiõis pietatẽ sua morte phauit: sup naturã in eius obi-
tu visis ostẽtis ⁊ vite p̃ꝓris ꝓuersatiõe sctissĩa: facile ei⁹ recepta ẽ sctitas. Ei⁹ cineres solẽne bustũ argẽteũ
i loco: suo noie nũc ĩsigni q̃ttuor milliarib⁹ a studio pisiẽsi tenet regie gallorũ pfon⁹ẽ. hac q̃q; vere gallorũ

reges cū expeditionē ad alienas prouintias suscipiūt magna cum reuerentia sanctissimas reliquias deponi iubēt qd Carolus octauus christianissimo regni sceptro ĩsignit⁹ auite religionis memor sacrifauit: anno christiane salutis 1494 cum expeditionem aduersus parthenopē preclarā Campanie ciuitatem quā nūc Neapolim vocant parasset tunc ferme cum militarib⁹ copijs citeriores Tuscie fines attigerat cum quinto idus nouembris eodem anno sanctissimum corpus depositum est vna cū venerandis diuorum Rustici et Eleuterij corporibus: que centum et 10 annis vel supra in cripta absconsa non visaq; latuerāt: Alme parisiēsis academie electissimi quiq; rector theologi (iurisperiti/medici nationum capita philosophi cum suorum studiorum insignibus reuerenter affuerunt. magnifici quoq; status et vrbis et ciuitatis tum ecclesiastici tum ciuiles tantusq; omni ex parte affluxit populus vt vix locus capere sufficeret: et nos inter turbam pressi humiliter ad oscula venim⁹. Hec adiecimus q̃ talia nostris seculis contigisse nō gaudere non possum⁹: que vel rarissimis obtingere solent temporibus. Ergo sāctis eius suffragijs nos reliquāq; nostram vitam committamus qui nunc.

Candidus mirabilem miratur lumen olympi:
Sub pedibusq; videt nubes et sydera:

Et hic pro instituta astronomica introductione metam/finemq; constituamus.

Astronomici de sphera et eius introductorie cōmentationis finis.

¶ Boneti de latis hebrei medici prouenzalis anuli astronomici vtilitatum liber ad Alexandrum sextum pontificem maximum.

¶Cum hoc cognoscere cupis considera altitudinẽ lune: et eã nota in almucãtharat in qua parte fuerit. deinde aliquã quatuor stellarũ q̃ sunt in rotula zodiaci tibi notã pone super suam altitudinẽ in eadẽ hora cũ altitudine lune/ accepta ĩ parte in qua fuerit: et grad⁹ circuli zodiaci/ qui ceciderit in almucãtharat super notã altitudinis lune: erit gradus eius. Si autẽ apparuerit in die/ idẽ facies cũ altitudine illi⁹ ⁊ altitudine solis: considera igitur cuius signi sit gradus ille. ¶Exemplũ. Nunc altitudo lune est in occidente 30 gradus: et altitudo stelle cordis leonis in oriẽte est 40 pone 23 gradum leonis in quo est stella sup almucãtharat in oriẽte 40 gradus: et quia sex grad⁹ piscũ cadit super almucãtharat altitudinis lune que posita est 30 in illo igitur gradu est luna.

¶Cap. 30 Ad inueniendum locum planetarum.

¶Cum volueris scire locum planetarum: facias sicut dictum est in capite precedenti ad sciendum locum lune. sic etiam altitudines earum in nocte poteris elicere.

¶Cap. 31 Ad sciendum quando planeta sit australis vel septentrionalis.

¶Si id deprehendere volueris: vide altitudinē planete/quādo erit in linea meridiana. et si est equalis altitudini gradus solis: tūc est in via solis. Si autē fuerit maior altitudine gradus solis: tunc planeta est septētrionalis/a via solis. Si minor: australis. et tantum declinat a via solis: quantum altitudo fuerit maior/ vel minor.

¶Cap. 32 Ad sciendum an planeta sit retrogradus vel directus.

¶Utrum autē planeta sit retrogradus/aut directus si cognoscere velis: quere eius altitudinem cum altitudine stelle fixe et ambas commēda memorie. deinde post tertiam noctem/vel quartam insensibilis est qua stelle motus expecta quousq; stella habeat eādem quam prius altitudinem. Et tunc rursus altitudinē planete considera: que si fuerit minor altitudine sua prima: erit planeta directus/si fuerit in parte orientali. et si fuerit in parte occidētali: erit retrogradus. Si vero secūda altitudo planete/ fuerit maior prima est retrogradus/hora accepte altitudinis cōsistente in parte orientis. Et si fuerit in parte occidentis/erit directus. et oppositum est de luna.

¶Cap. 33 Ad sciendum altitudinem turris vel aliarum rerum.

¶Pone baculum perforatum/super gradū 45 ī numero 90/qui est pro altitudine solis/et stellarum. et accipe altitudinem turris non dimouēdo baculū ab illo gradu 75. tanta enim est altitudo turris cum altitudine tua: ēqta est latitudo que est inter te et radicem rei. Et si est impossibile mensurare illam latitudiuem que est inter te et rem: vide sine mutando locum in terra/et mensura a loco tuo vsq; ad locum terre quem vidisti: et tanta est altitudo rei.

¶Bonus de latis prouenzalis alexandro sexto pontifici maximo.

¶Hec sunt beatissime pater: Anuli astronomici puncta per egregia: vna mecū ad sanctos tuos pedes humillime oblata. que positis supercilijs hilari vultu/vt spes fouet recipias. Nec mirum si grāmatice metas qui hebreus sum latinitatis expers nonnūq; excesserim: nolens vtile per inutile viciari. Ad alui tibi rosulas in vili q̄ vrticas aut lolium ī preciosa offerre sportula. vt que ad salutem tuam totiusq; rei pu. commodum/ omniumq; rerum opificis laudem vtilia comperta sunt/ob humilem cōtextum vocabulorum/non omitterentur/Quin poti sub summa tua maiestate atq; auctoritate ab omnibus amplius cognoscerentur.

Parce precor. rudibus/que sūt errata latino
Lex hebrea michi est/lingua latina minus.

¶Bonet de latis hebrea
anuli astronomici
Finis.

¶Incipit liber primus Geometrie Euclidis a Boetio in latinum translate.

Via veromi patrici Geometrarũ exercitatissime Euclidis de artis geometrice
q figuris obscure prolata. te adhortante exponenda et lucidiore aditu expoliendа suscepi. Imprimis quid sit mensura definiendum opinor.

¶De mensura.

¶Mensura vero est quicquid pondere/capacitate/longitudine/altitudine/latitudine animoq; finitur. Principium autem mēsure: pūctum vocatur. Punctū est: cuius pars nulla est. Linea vero sine latitudine longitudo est. lince vero fines puncta sunt.

¶De generibus linearum.

¶Recta linea est. que equaliter in suis protenditur punctis. Superficies vero est. que longitudine. latitudineq; censetur. Superficici autem fines. lince sunt.

¶Plana superficies: dicitur que equaliter in rectis suis lincis continetur.

¶De generibus angulorum.

¶Planus angulus est duarum linearum in plano inuicem sese tangentium: et non in directo iacentium ad alterutram conclusio.

¶Quando autē q̄ angulū cōtinent: linee recte sunt tūc rectilineꝰ angulus nominatur.

¶Cum vero recta linea super rectam lineam stans circū se equos sibi inuicem fecerit angulos. rectus est vterq; equalium angulorum. Et linea super rectam lineam stans perpendicularis dicitur. Obtusus angulus. maior recto est.

¶Acutus autem angulus. recto minor est.

¶De modis figurarum.

¶Figura est: quod sub aliquo vel aliquibus terminis continetur.

¶Terminus vero: quod cuiusq; est finis.

¶Circulus vero est figura quedā plana et circunducta et sub vna linea contenta (que circunferētia vocatur) ad quam a puncto: quod intra figuram positum est: omnes que incidunt recte linee sibi inuicē sunt equales. hoc vero punctū cētrū circuli nominatur.

¶Diametrus autem circuli: est recta quedam linea per centrum ducta et ab vtraq; parte in circunferentia circuli terminata: que in duas equas partes circulum diuidit.

¶Semicirculus vero: est plana figura que sub diametro et ea (quam diametrus apprehendit (circunferentia continetur.

¶Recte lince figure: sunt que sub rectis lincis continentur.

¶Trilatera quidem figura: est que sub tribus rectis lincis continetur.

¶Quadrilatera autem: que sub quattuor.

¶Finitua vero mēsuralis: est linea q̄ aut p aliq̄ obseruationū aut aliq̄ ēminorꝭ obfuak

¶Multilatera itaq; figura est que sub pluribus q̄ quattuor lateribus continetur.

¶De triangulis.

¶Equilaterum igitur triangulum: est qd tribus equis lateribus continetur.

¶Isocheles autem: est quod duo tantum modo latera habeat equalia.

¶Scalenum vero: quod tria latera habet inequalia.

¶Amplius trilaterarum figurarum orthogonium id est rectiangulum quidem triangulum est quod habet angulum vnum rectum.

¶Ambigonium autē (qd latine obtusiāgulū dicitur) est qd obtusum habet angulum.

¶Oxygonium vero id est acutiangulum: est in quo tres anguli sunt acuti.

¶De quadratis.

¶Quadrilaterarum vero figurarum quadratum vocatur: quod est equilaterum atq; rectiangulum.

¶Parte altera longius vero est, qd rectiangulū quidem est sed equilaterum non est.

¶Rombus vero: est quod equilaterum quidem est sed rectiangulum non est.

¶Romboides autem: est quod in contrarium collocatas lineas atq; angulos habet equales/non autem rectis angulis/nec equis lateribus continetur.

¶ Preter hec autem omnes quadrilatere figure trapezia idest mensule nominantur.
¶ Paralelle idest alterne: recte linee nuncupantur que in eadem plana superficie collocate atq; vtrinq; producte in neutra parte concurrunt.

¶ De petitionibus que sunt in geometria.

¶ Petitiones vero siue postulata (que vt veteribus placuit dicuntur) quinq; sunt.
¶ Prima vt ab omni puncto in omne punctum recta linea ducatur postulat.
¶ Secunda: vt definita recta linea in continuũ rectumq; producatur: admonet.
¶ Tertia: omni centro ⁊ omni spacio circulum designare precipit.
¶ Quarta: omnes rectos angulos sibi inuicem equos esse vult.
¶ Quinta autem: si in duas rectas lineas linea recta incidẽs interiores duos angulos et in eadem parte duobus rectis fecerit minores rectas: lineas ĩ infinitũ productas ad eas partes in quibus duo ĩteriores anguli duob⁹ rectis minores sunt: ꝓcurrere iubet.

¶ De communibus animi conceptionibus: que sunt in geometria.

¶ Communes igitur animi conceptiones sunt que a grecis κοιν αισυνοιαι vocantur
¶ Cum spacia et interualla: eidẽ sunt equalia: ⁊ sibi inuicẽ sunt equalia. ¶ Et ab equalibus equalia auferãtur: que relinquuntur equalia sunt. ¶ Et si equalibus equalia addantur tota quoq; equalia sunt. ¶ Et que sibimetipsis conueniunt equalia sunt.

¶ De diffinitionibus.

¶ Omne paralellogrammum rectiangulum sub ijs duabus rectis lineis que rectum ambiunt angulum dicitur contineri.
¶ Omnis vero paralellogrãmi spacij vnũquodq; eorum que circa eãdem diametrũ suut paralellogrammorum cum duobus supplementis: gnomon nuncupatur.
¶ Circuli sũt equales: quor diametri sũt equales. ieqales vo sunt: q̃ sic se nõ habẽt
¶ Recta linea circulum contingere dicitur: que cum circulum tangat/ in vtraq; ciecta parte non secat circulum.
¶ Circuli se inuicem contingere dicuntur: qui tangentes sese inuicem non secant.
¶ Recte linee in circulo a centro distare equaliter dicuntur: quando a centro in ipsas ducte perpendiculares inuicem sibi sunt equales.
¶ Plus vero a centro distare dicitur linea in quam perpendicularis longior cadit.
¶ Portio circuli est figura: que sub recta et circuli circunferentia continetur.
¶ In portione circuli angulus esse dicitur: quando in circunferentia portionis sumit aliquod puuctum: ⁊ ab eodẽ puncto ad linee terminos due recte linee subiunguntur.
¶ Angulus circuli dicit q̃ sub duob⁹ a cẽtro ductis lineis cõtinet. Quando linee que adiungunt aliquã circũferentie cõprehendũt particulã in ea angul⁹ cõsistere phibet.
¶ Sector circuli est figura: que sub duabus a centro ductis lineis (et sub circunferentia) que ab eisdem comprehẽditur: continetur.
¶ Similes circulorum portiones dicũtur: que equales suscipiũt angulos. vel in quibus qui inscribuntur: anguli sibi inuicem sunt equales
¶ Figura intra figuram dicitur inscribi quãdo ea que inscribitur: eius in quam inscribitur latera vno quoq; suo angulo ab interiore parte contingit:
¶ Figura vero figure circunscribi perhibetur: quoties ea que circũscribitur suis omnibus lateribus omnes angulos eius cui circunscribitur. tangit.

¶ Expliciunt prolegomena. Incipiunt theoremata.

¶ Supra datam rectam lineam terminatam: triangulum equilaterum constituere.
¶ Ad datum punctum date rectelinee equalem rectam lineam collocare.
¶ Duab⁹ lineis rectis ieqlib⁹ dat⁹ a maiore miõri equã rectã lineã abscidere oportet
¶ Si duo triangula duo latera duobus lateribus habẽt equa alterum alteri et angulum angulo equum cum qui sub equalibus rectis lineis cõtinetur: et basim basi equã habebunt/ et triangulum triangulo equum erit/ et reliqui anguli reliquis angulis erũt equales alter alteri sub quibus: equalia latera subtenduntur.

¶ Triangulorum isocheliũ anguli qui ad basim sunt/equi sibiinuicem sunt.
¶ Si trianguli duo anguli equi sibiinuicem sint: et que equalibus angulis subtendũtur latera sibiinuicem erunt equalia.
¶ Super eandem rectã lineam duabus eisdem rectis lineis alie duc recte lince equales altera alteri nullo modo constituentur: ad aliud atq; aliud punctum ad easdẽ partes eosdem fines primis rectis lineis possidentes.
¶ Datam rectam lineam terminatam. in duas equales diuidere partes.
¶ Data recta linea/ab eo qõ in ea est pũcto: rectã lineã scõm rectos angulos eleuare.
¶ Si duo trianguli duo latera duob? laterib? eq̃ possideant alterũ alteri/et basim basi habeant equã/et angulũ angulo habebũt equalẽ/q̃ sub equalib? rectis lineis cõtinet.
¶ Supra datam rectam lineam infinitam: ab dato puncto (quod ei non inest) perpendicularem rectam lineam ducere oportet.
¶ Quecunq; super rectam lineam recta consistens angulos fecerit: aut duos rectos faciet aut duobus rectis reddet equales.
¶ Si ad aliquã rectã lineã atq; ad ei? punctũ due recte lince nõ ĩ eandẽ partẽ ducãt: ⁊ circũ se angulos duob? rectis fecerit equos. ĩ directũ sibi eas lineas iacere necesse est.
¶ Si due recte linee sese diuidant: ad verticem angulos sibiinuicem facient equos.
¶ Omnium triangulorum vno latere producto: exterior angulus vtrisq; interioribꝰ et ex aduerso angulis constitutis maior existit.
¶ Omniũ triãgulorꝰ/duo ãguli duob? rectis angulis sunt minores omnifariã sũpti.
¶ Omnium triangulorum: maius latus sub angulo maiore subtenditur.
¶ Omnium triangulorum: maior angulus sub latere maiore protenditur.
¶ Omnium triangulorum: duo latera cetero maiora suut in omnẽ partẽ suscepta.
¶ Si in vno quolibet trianguli latere a finibus lateris due recte linee interius constituantur/angulum facientes: que constituuntur reliquis quidem trianguli duobus lateribus minores erunt/ maiorem vero angulum continebunt.
¶ Ad datam rectam lineam datum ĩ ea punctum dato rectilineo angulo/equalem rectilineum angulum collocare necesse est.
¶ Si duo trianguli duos angulos duobus angulis habuerint equos alterum alteri/ vnumq; latus vni lateri sit equale/aut quod equis adiacet angulis/aut quod sub vno equalium subtenditur angulorum: et reliqua latera reliquis lateribus habebũt equa alterum alteri/et reliquum angulum equalem reliquo angulo possidebunt.
¶ Si in duas rectas lineas linea incidens recta alternatim angulos fecerit equos: rectas lineas alternas esse necesse est.
¶ Si in duas rectas lineas linea incidens recta exteriorem angulũ interiori et ex aduerso angulo constituto reddat equalem: aut interiores et ad easdem partes angulos duobus rectis equales faciat: rectas lineas sibi alternas esse conueniet.
¶ Per datum punctum/date recte linee alternã rectam lineam designare necesse est.
¶ Omniũ triãgulorum: exterior angul? duob? ĩternis et ex aduerso ꝓstitut; angulis est equalis. interiores vero trianguli tres anguli. duobus rectis angulis sunt equales.
¶ Que equas et alternas rectas lineas ad easdem partes recte lince cõiungunt. ipse quoq; alterne sunt et equales.
¶ Eorꝰ spaciorꝰ q̃ alternis laterib? ꝓtinẽt q̃ paralellogrãma nominant: ⁊ ex aduerso latera atq; anguli ꝓstituti sibiinuicem eq̃les sũt ea q̃q; diametr? in duo equa partiuntur.
¶ Omnia paralellogramma que in eisdem basibus: et in eisdem alternis lineis fuerint constituta: sibiinuicem probantur equalia.
¶ Omnia paralellogramma in basibus equalibus et in eisdem alternis lineis constituta equalia esse necesse est.
¶ Equa sibi sũt cũcta triãgula. q̃ in eq̃s basib? et ĩ eisdẽ alternis fuerit lineis ꝓstituta
¶ Equa triãgula: que in eadẽ basi et in eadẽ parte fuerint cõstituta: in eisdem quoq;

alternis lineis esse pronuncianda sunt.

¶ Aequa triangula in equis atq; in directum positis basibus cõstituta / et in eisdẽ partibus: et in eisdem quoq; alternis esse necesse est.

¶ Si paralellogrammum triangnlũq; in eadem basi / atq; in eisdem alternis lineis fuerint constituta: peralellogrãmum triangulo duplex esse conuenit.

¶ Omnis paralellogrammi spacij eorum que circa eandem diametrum sunt paralellogrammorum supplementa equa sibi inuicem esse necesse est.

¶ Iuxta datam rectam lineam dato triãgulo in dato rectilineo angulo paralellogrãmum equale pretendendum est.

¶ Dato rectilineo: eq̃le paralellogrãmũ in dato rectilineo angulo collocare oportet.

¶ Quadratum ad datam rectam lineam terminatam describendum est.

¶ In his triangulis: in quibus vnus rectus est angulus (que rectiãgula nominamus) quadratum quod a latere rectum angulum subtendente describitur: equũ est his quadratis qui a continentibus rectum angulum lateribus conscribuntur.

¶ Si ab vno trianguli latere quadratum quod describitur equum fuerit his quadratis que ab reliquis duobus lateribus describuntur: rectus est angulus qui sub duob⁹ reliquis lateribus continetur.

¶ Ex secundo libro Euclidis.

s Si sunt due recte linee / quarũ vna quidẽ est indiuisa / altera vero quodlibet diuisionibus secta: qd̃ sub duabus rectis lineis rectiangulũ continet / equũ erit ijs que sub ea que indiuisa est et vna quaq; diuisione rectiangula continetur.

¶ Si recta linea secet: qd̃ sub tota et vna portiõe rectiãgulũ cõtinet: equũ est ei qd̃ sub vtraq; portione rectiãgulũ claudit / et ei quadrato qd̃ ad predictã portionẽ describit.

¶ Si recta linea secetur vt libet: qd̃ scribit a tota quadratũ equũ est ijs q̃ describuntur ab vnaquaq; portiõe q̃dratis / ⁊ eidẽ bis rectiãgulo qd̃ sub eisdẽ portionib⁹ conuenit.

¶ Si recta linea per equalia ac per inequalia secetur: quod sub inequalibus totius sectionibus rectiangulum continetur / cum eo quadrato qd̃ ab ea describitur que inter vtrasq; est sectiones: equum est ei quadrato quod describitur ab dimidia.

¶ Si recta linea per equalia ac per inequalia secetur: quadrata que ab inequalib⁹ totius portionibus describuntur / dupla sunt ijs quadratis que fiunt ab dimidia / et ab ea que inter vtrasq; est sectiones.

¶ Si recta linea p equalia diuidat / alia vero ei in directum linea recta iungatur quod sub tota cũ ea que adiecta est rectiangulum continetur / cum eo qd̃ describitur a dimidia quadrato: equũ ẽ ei quadrato qd̃ describit ab ea q̃ cõstat ex adiecta atq; dimidia.

¶ Si recta linea per equalia secetur / eiq; in directum quedam linea recta iũgat: quadratum quod describitur a tota cum ea que adiecta est: et quadratum quod describitur ab ea que adiecta est vtraq; quadrata pariter accepta: quadrato quod describitur a dimidia: ac eo quadrato quod ab ea describitur que ex dimidia adiectaq; consistit vtrisq; quadratis pariter acceptis dupla esse necesse est.

¶ Datam rectam lineam sic secare conuenit / vt quod sub tota ⁊ vna portione rectiangulum continetur: equum sit ei qd̃ fit ex reliqua sectione quadratum.

¶ In hac triãguli figura que obtusum habet angulũ: tanto amplius ea que obtusos obtendunt angulos latera possunt quãta que obtusum obtinent angulum quantũ est quod continetur bis sub vno eorũ que circa obtusum angulũ sunt in quod p̃tactũ perpẽdicularis cadit / atq; ea q̃ ad obtusum angulũ a perpẽdiculari extra deprehenditur.

¶ Dato rectilineo equum necesse est collocare quadratum.

¶ Ex tertio libro Euclidis.

s Si in circulo per centrũ linea quedam dirigatur / ac quandam lineam rectam non in centro positam in duas equas partes secet: per rectos eam ãgulos secat. Et si per rectos eam angulos secat: in duas eam equas diuidet partes.

¶ In equis circulis: qui in circunferentijs equalibus anguli consistunt/ sibi inuicem sunt equales seu ad centra/ siue ad circunferentias cõstituantur.

¶ Datam circunferentiam in duo equa diuidere possibile est.

¶ In circulo quidem angulus qui in semicirculo est/ rectus existit: qui vero in maiore portione est angulus minor est recto. Qui autem in minore portione est angulus maior est recto: et maioris quidem portionis angul⁹ recto maior existit: minoris vero angulus recto minor.

¶ Si circulum linea recta contingat: a cõtactu vero in circunferentia quedam circulũ secans linea recta ducatur quoscunq; angulos facit: duo anguli qui sunt in alternis circuli portionibus/ sunt equales.

¶ Ex hoc igitur manifestũ est: quoniam si a pũcto circuli due lince recte sese cõtingãt et sibi inuicẽ sunt equales: super datas rectas lineas circuli describere partes cõuenit.

¶ Ex quarto libro Euclidis.

¶ Intra datum circulum date recte lince que diametro minime maior existat equam rectam lineam coaptare oportet.

¶ Intra datũ circulum dato triangulo/ equorũ angulorũ triangulũ collocare cõuenit.

¶ Circa datũ circulum dato triangulo: equaliũ angulorũ triangulũ designandum est

¶ Intra datum triangnlum/ circulum designare necesse est.

¶ Intra datum circulum/ quadratum aliquod describere vtile est.

¶ Intra propositum quadratum/ circulum designare.

¶ Circa datũ circulũ quinquãgulũ eqlaterũ et eqangulũ designare geometre p̃cipiũt.

¶ Intra datum circulum quinquangulũ quod est equilaterum atq; equiãgulum: designare non discõuenit. ¶ Nam omnia quecunq; sunt: numerorum ratione sua constãt. et proportionabiliter alij ex alijs constituuntur circũferentie equalitate multiplicationibus suis quidem excedentes atq; alternatim portionibus suis terminum facientes.

¶ De figuris geometricis.

¶ Supra positarum igitur speculationibus figurarũ ab euclide succicte/ obscureq; platis ⁊ a nobis verbũ videlicet de verbo exprimentibus strictim trãslatis: quedã iterãda/ repetẽdaq; (vt animus lectoris nõ obscuritate detereat: sed a nobis potius alicui⁹ exempli luce infusa delectetur) videntur. Sunt enim a nobis quedã huic operi inserẽda huic arti valde necessaria/ et supradictis respõdentia/ et subsequentibus cõuenientia atq; intelligenda. quicũq; in nostroꝝ arithmeticorum theorematibus instruct⁹ ac esserit: expeditiori intelligẽtia ducitur. ¶ Supradictam igitur est. supra datam rectã lineam terminatã: triangulũ equilaterũ constituere oportere sed nimis inuolute. Qua de re hui⁹ exempli notam subiecimus. Sit data recta linea terminata a b. oportet igit̃ super eam q̃ est a b. triangulũ equilaterũ coõstituere. et centro quidẽ a: spacio vero a b circulus scribat̃ b c e d. Et rursus cẽtro b: spacio autem a b circulus scribatur a c f d et ab eo puncto quod est c quo c circuli diuidunt: ad ea puncta que sunt a b adiungantur recte lince c a c b. Quoniam igitur a punctũ centrum est b c e d circuli: equa est a b ei q̃ est a c. rurs⁹. quoniam b pũctũ/ est centrũ a c f d circuli: equa est a b ei que est b c. Sed et a b ei que est c a equa esse mõstrata est: et a c. Igitur ei que est b c erit equalis. Tres igitur que sũt c a/ a b b c eque sibi inuicem sunt: equilaterũ igitur est c a b triangulum et constitutum est supra datã rectam lineã terminatã eã que est a b qõ oportebat facere.

¶ In supiorib⁹ vo dictũ est ad datũ pũctũ date recte linee equalẽ rectã lineã collocare oportere. Sed huius artis exptibus obscure difficulterq;. Sed nos animũ lectoris q̃si introducẽdo oblectantes huius subsequẽtis figure explanationem positis litterarum linearũq; notulis pate facimus. Sit quidem datum punctũ a. data vero recta linea/ b c oportet igitur ad pũctũ a recte linee b c equam rectam lineam collocare. adiũgat enim ab a puncto ad b punctum recta linea c a que est a b. Et cõstituatur super a b rectã line-

am triãgulum equilaterum quod est d a b. Et eijciantur in rectum d a/d b recte linee ad a g/et b m. et cẽtro quidem b/spacio autẽ b c: circulus describatur c f e. et rursus centro quidem d/spacio autem d f: circulus describatur f k l. Quoniam igitur b pũctum centrum est c f e circuli: equa est c b ei que est b f. Rursus quoniam d pũctum centrum est f l k circuli: equa est d l ei que est d f. Quarum equa est d a ei que est d b. ⁊ equilaterum enim triangulum est id qõ est d a b. Reliqua igitur a l reliquę b f existit equalis. Sed ⁊ b f ei que est b c equa esse mõstrata est. Et b c ei que est a l erit equalis. Ad datum igitur punctum id quod est a date recte linee ei que est b c equa locata est ea que est a l. quod oportebat facere vt subiecta descriptio monet.

¶ Tertio igitur loco superi⁹ ab Euclide prolatum est/duabus rectis lineis inequalib⁹ propositis: a maiore minori equam rectam lineã abscindere conuenire. Sed nimis strictim/et ob id cõfuse inuoluteq̃. Nos vero vt animus lectoris ad eo datioris intelligẽtie accessum quasi quibusdam gradibus ducatur: huius descriptionem formule subiecimus. Sint date duc recte linee inequales a b/c d. et sit maiora b. oportet igit̃ a maiore a b minori c d equã lineam abscindere. collocetur enĩ ad a punctum ei que c d equa/ea que est a e. Et centro a/spacio vero a e/circulus describat̃ e g f. quoniã igitur a punctũ cẽtrum est e g f circuli: equa est a e ei que est a g. Sed ⁊ c d ei que est a e erat equalis: et c d ei que est a g erit equalis. Duabus igitur datis rectis lineis inequalibus eis q̃ sunt a b/c d: a maiore que est a b minori que est c d/equalis abscissa est ea que est a g: quod oportebat facere.

¶ Geometrie Euclidis a Boetio translate Finis.

¶ Impressum Parisij in officina Henrici stephani e regione Schole decretorum sita. Anno Christi siderum conditoris 1511. Decimo die Nouembris.